PRAECEPTA
ARTIS RHETORICAE

LECTISSIMIS VETERUM SCRIPTORUM

LATINAE ATQUE ITALICAE LINGUAE

EXEMPLIS ILLUSTRATA

CURA ET STUDIO

JOSEPHI IGNATII MONTANARI

IN USUM TYRONUM

VEN. SEMINARII AUXIMANI

ANCONAE

EX TYPIS J. AURELJ ET SOC.

1852.

RHETORIBUS ET RHETORICES AUDITORIBUS

JOSEPH IGNATIUS MONTANARI

Excellentium Virorum consilio, et auctoritate abhinc annis novem in animum induxeram quinque Dominici Decoloniae de Rhetorica libros in meliorem ordinem digerere, perpolire, et amplificare, ut Praeceptoribus, et tyronibus melius satisfacerent, bonarumque litterarum studiis majorem utilitatem ac frugem afferrent. Sed cogitanti mihi diu multumque, quantum meis humeris onus imponerem, et quam difficile sit aliena reconcinnare, et ab omnibus probari; animus pene excidit omnis, et studium, quo prius ardebam, refrixit, ita ut consilium, quod antea libenter inieram, fere omnino deponerem, abjiceremque. Quumque multa accuratius mecum ipse perpenderem, neque mihi explicata capiendi consilii ratio adhuc esset, ancipiti cura versabar, exitumque reperire, cum in utramque partem mens inclinaret, non poteram. Decoloniam apud multos summo honore habitum, apud multos etiam nullum obtinere locum cognoveram: quare si manus admovissem, alteri me religionis reum dicerent, alteri vanitatis, nonnulli etiam insipientiorem me affirmarent, qui haec, cum nequaquam opus esset, curassem. Neque me aliquorum querela, quod la-

tine scripsissem, latebat; quum praecepta artium, scientiarumque omnium vulgari idiomate tradenda esse contendant; meque id dixisse, et fecisse haud semel posse istos proferre sciebam. Interea nec amplissimorum virorum hortationes, nec amicorum voces me ab incoepto desistere, nec conquiescere patiebantur; incitabant, urgebant, et moranti, nutantique stimulos addebant. Quos ego nunc valetudinem causatus, nunc scholae labores, multasque alias, quibus distinebar, curas, blandis verbis ductabam, ac moram inferens ludificabar, et aliis, quae habebam prae manibus, opellis animum intendebam. Interdum tamen suavissimorum hominum desiderium occurrebat, quibus non indulgere, et morem gerere (aperte enim candideque fatebor) moleste ferebam. Nil quod Decoloniae cultores improbarent me facturum videbam, si quid ex ejus libro demerem, vel si quid adderem. Illum sibi magnam temporibus suis laudem bono jure peperisse, quod paucioribus praeceptis, optimisque exemplis labantes litteras, quae saeculo decimo septimo in pejus defluxerant, sustinuisset. Hac de causa sibi nomen fecisse, et in scholis regnasse. Temporibus tamen immutatis satisfacere non posse; cum praesertim ex latinis tantum exempla expromat, scriptoresque italicos omnes missos faciat, quod quidem haud parvo detrimento tyronibus est. Videbam etiam librum illum plerosque fastidire, eo quod non satis recentioribus studiis accommodatum ducerent, multisque rebus destitutum, quibus certe pueris opus est, nec lucido ordine, planaque methodo declaratum; quae si ego adderem, iis fastidium omne auferre posse plane confiderem.

Hasce difficultates cum paullatim exsolvissem, multamque mihi dubitandi ansam ademissem, una tamen obstabat, suspensumque tenebat, quod latine praecepta tradere nefas multis esse videbatur. Sed dum hac dubitatione aestuabam, Praefecti Venerabilis Seminarii Auximani adfuerunt, rogantes ut librum concinnarem in commodum Alumnorum Ecclesiae Nostrae, quibus latine discere, et scribere necesse est, quum hae praecipue lingua Sancta Romana utatur Ecclesia in Sacris, quibus illi initiantur. Quae cum ego intelligerem, recreatus sum, omnique dubitatione amota, exploratum habui, me hoc opere, quidquid sit, et alumnis et Ecclesiae gratum acceptumque facturum: librumque meum fructuosum admodum, commodoque neque parvo neque mediocri studiosis futurum. Consilium igitur scribendi coepi: utinam consilio respondeat exitus: et si Deus, Superique omnes labori in praesens nostro faveant, feliciter eventurum esse facile spero. In hoc ergo omnes animi mentisque vires contuli; susceptam spartam perlustravi; omnia expendi; totumque opus ita confeci.

Primo statui mihi de verborum delectu, et collocatione dicendum, postea de periodo, de compositione et textura sermonis: deinde de ornamentis sive verborum, sive sententiarum, de amplificatione, et de praecipuis orationis finibus, et generibus. De fabulis, et descriptionibus attigi: denique de triplici charactere dicendi, quod Rhetores stylum vocant, et de imitatione. Quare ex Decolonia multa, quae mihi profuerant delegi, caetera vel praetermisi, vel ad Ciceronis, Fabiique normam composui. Neminem enim, puto, pigebit, me Tullii, Quintilianique prae-

cepta pluris quam Decoloniae fecisse; quorum verba ipsissima saepe usurpavi, ut praeceptis pondus adderent, detrectatoribus, si qui essent, occurrerent, obtunderentque. Cum autem in memoriam revocarem Horatianum illud = *quidquid praecipies esto brevis* = praecepta paucis absolvi, eaque brevitate continui, quae perspicuitati non obstaret, nec memoriam discentium onerare posset. Exemplis abundare malui, vel quod ex his fructus major, vel quod in his delectatio: utraque enim res pari ratione puerorum commodis servit. Et cum patrio sermoni quoque Rhetoricae studia prodesse debeant, latinis exemplis italica semper conjunxi; neque solum vel a poetis, vel ab oratoribus, et historicis, sed perpetuo hac sum usus industria, ut exempla ex poetis, et oratoribus vel historicis essent, ut commodius meliusque quid prorsae, quid ligatae conveniat orationi omni tempore, veluti quodam in speculo tyrones intuerentur. Nolim tamen esse qui putet, me tantam tamque uberem exemplorum supellectilem huc attulisse eo animo, ut pueri exempla omnia memoriter discant, et verbum verbo referant, quod certe nimium esset: sed unum tantum vel duo, prout praeceptori placuerit memoriae mandent, caetera legant, meditentur, atque interdum imitari, aemularique conentur. Ex scriptoribus aureis exempla omnia hausi, neque enim mediocria in medium proferre fas erat: omnia ex antiquis, horum enim imitationem utiliorem semper habui, praestantioresque magistros duxi, illos qui vetustate et saeculorum judicio commendantur; a recentioribus abstinere visum est praesertim nostratibus, cum variae inter homines saepe

opiniones, diversaque de illis judicia ferantur: neque enim necesse erat ad recentiores confugere in tanta veterum optimorum copia, et splendore. Cum vero de aliquibus loquor, qui aliquid vel immorati vel absurdi scripserunt, de castigatis, expurgatisque, non de integris eorum operibus, me loqui affirmo, omnique asseveratione confirmo. Quid enim lectio scriptorum prosit, si bonis officiat moribus? Quare in litterarum studiis hoc caput esse semper pro certo habui, atque id omni cura, et industria dum vivam curabo, ut pueri cum doctrinae puritate, morum puritatem, et candorem sibi comparent, nilque magis vitandum, quam ne ingenia pravis vitientur lectionibus, et detrimentum capiant ex illis unde commodum accipere debuissent.

Haec omnia singillatim exposui, ut ordo libri consiliumque, animusque meus pateat. Restat ut hunc laborem meum iis commendem quibus primo commendatum volui, Rhetoribus, et Rhetorices auditoribus; qui si arrideant, amplissimum industriae meae fructum retulisse videbor, omnique aetatis meae tempore vehementer laetabor atque gaudebo.

INDEX

XXXII

Quid nobis exercitationis gratia scribendum erit?
Quid sibi vult cogitatio ad exercitationem?
Quomodo scribendum erit ad exercitationem?
Quid expostulat emendatio?

APPARATUS

SEU

PROOEMIUM RHETORICAE

Rhetoricae prooemium, sive apparatum appellamus ea omnia, quae pertinent universim ad Artem Rhetoricam. Quatuor autem sunt, quae de Rhetorica generatim, et universe, prolusionis more, quaeri possunt.

1. Quae sit natura, et finis Rhetoricae.
2. Quae sit dignitas, vis, et utilitas Rhetoricae.
3. Quae sit illius materia.
4. Quae sint illius partes.

§. 1.

De natura, et fine Rhetoricae.

Quid est Rhetorica?

R. Est ars, seu disciplina bene dicendi: hoc est ornate, graviter, et copiose loquendi. Ita Quintilianus lib. 2.

Unde nomen suum traxit Rhetorica?

R. A voce graeca ῥεῶ dico, loquor: unde ῥήτωρ Rhetor, orator, et ῥητορική ars oratoria.

Quare vocatur ars?

R. Quia certis quibusdam, et numquam fallentibus praeceptis continetur. Ait Cicero « *Ars est, quae*

dat rationes certas, et praecepta faciendi aliquid, quae habent ordinem, et quasdam errare in faciendo non patientes vias.

Quare dicitur ars bene dicendi?

R. Quia docet quomodo aptis sententiis, verbisque lectissimis dici possit.

Undenam orta est ars illa bene dicendi?

R. Notatio naturae, et animadversio peperit artem. Cum enim aliqui nativa quadam facultate sine ullo artis subsidio bene dixissent, alii contra insulse omnino et male; extitit aliquis qui discrimen illud observaret attentius: qui causas illius indagaret sedulo: atque ita rem sensim ad artem atque praecepta revocaret, et quasi viam traderet, quae ad eloquentiam tuto ferret. Unde liquet non esse eloquentiam natam ex artificio: sed potius artificium ex eloquentia natum, atque profectum.

Quid differunt inter se Rhetor, et Orator?

R. Hoc differunt; quod Rhetor sit, qui bene dicendi praecepta tradit. Orator vero sit is, qui accommodate ad persuadendum dicere potest: tametsi erretur persaepe in nomine, et aliud pro alio indiscriminatim accipiatur.

Quisnam est finis ultimus artis Rhetoricae?

R. Est persuadere dictione: hoc est diserta oratione quempiam impellere ad aliquid vel credendum, vel agendum, vel omittendum.

Quodnam est officium Oratoris?

R. Est dicere apposite ad persuadendum, quod fiet docendo, delectando, et movendo. Docemus argumentis, et argumentatione: delectamus ornato, illustri et apto dicendi genere: flectimus amplificatione, et affectibus. Docere necessitatis est: delectare

suavitatis: movere vero, seu flectere, victoriae: atque hic demum est verissimus eloquentiae triumphus.

Unde erit ille summus et perfectus Orator, qui cum apposite dixerit ad persuadendum, hoc est ad docendum, delectandum, et movendum; re ipsa tamen, sive auditoris vitio, sive quacumque demum alia de causa non persuaserit.

§. II.

De utilitate, vi, et dignitate Rhetoricae.

Quaenam est Rhetoricae utilitas?

R. Deus immortalis nulla magis hominem separavit a caeteris animantibus, quam dicendi facultate. Rationem illi praecipuam dedit; sed ipsa ratio neque tam nos juvaret, neque tam esset in nobis manifesta, nisi quae incepissemus mente, promere etiam loquendo possemus. Quare si nihil oratione melius accepimus, quid tam utile, quid tam dignum cultu atque labore ducamus? aut in quo malimus praestare hominibus, quam quo ipsi homines caeteris animantibus praestant? (Quintilianus)

Quaenam est vis, et dignitas Rhetoricae?

R. Nihil addi potest ad haec illustria Tullii verba in libro de Oratore:

Quid est, inquit, *aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum existere unum, qui id quod omnibus natura sit datum, vel solus, vel cum paucis facere possit? aut tam jucundum cognitu, atque auditu, quam sapientibus sententiis, gravibusque verbis ornata oratio, et perpolita? aut tam potens, tamque magnificum, quam populi motus, judicum religiones, senatus gravitatem, unius oratione converti?*

Quid majus, quid splendidius dicere posset eloquentia, si pro se ipsa loqueretur?

§. III.

De materia Rhetoricae.

Quaenam est materia cujusque artis in genere?

R. Ea est, circa quam versatur ars; ut medicinae materia sunt morbi, quia in iis curandis medicina versatur.

Quaenam est speciatim materia Rhetoricae?

R. *Materiam esse Rhetoricae*, docet Tullius, *omnes res, quaecumque nobis ad dicendum subjectae erunt;* nec in judiciis modo, et concionibus, sed in rebus etiam privatis ac domesticis. Nihil omnino est in rerum natura, de quo ornate dici, eleganter, et copiose disputari non possit. Vis oratoris, professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere, ac polliceri videtur (ait Cicero) ut omni de re, quaecumque sit proposita, ornate ab eo copioseque dicatur. Quamobrem cum Cicerone ipso dicemus, bene dicendi artem nullam habere definitam regionem, cujus terminis septa teneatur.

§. IV.

De partibus Rhetoricae.

Quae, et quot sunt primariae partes Rhetoricae?

R. Quatuor: Inventio, Dispositio, Elocutio, et Pronunciatio: quemadmodum sunt praecipuae quatuor orationis partes: 1. Argumenta invenire: 2. inventa disponere: 3. disposita verbis exornare: 4. exornata pronuntiare. Sunt qui pro quinta parte memoriam statuant; sed nos cum Aristotele illam ad pronunciationem revocamus.

Quid est Inventio?

R. Est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quae valeant tum ad faciendam fidem, tum ad motus excitandos.

Quid est Dispositio?

R. Est rerum inventarum in ordinem distributio.

Quid est Elocutio?

R. Est idoneorum verborum, et sententiarum ad res inventas accommodatio.

Quid est Pronuntiatio?

R. Est vocis, ac corporis ea moderatio, quam res inventae, ac verba requirunt.

LIBER
DE ELOCUTIONE

Quid est Elocutio?

R. *Elocutio*, inquit Tullius, *est idoneorum verborum, et sententiarum ad res inventas accommodatio*: eaque spectanda est in verbis, aut singulis, aut conjunctis.

Cur tandem, et quorsum ab Elocutione, contra quam fieri solet, exordimur?

R. Tametsi ex quatuor Rhetoricae partibus ordine naturae prima sit inventio, quia tamen plusculum difficultatis habet, idcirco eam Elocutioni postponendam esse cum erudito Vossio, aliisque artis Rhetoricae magistris bene multis judicavimus.

Quomodo hunc de Elocutione librum dividemus?

R. Ut Tyronum utilitati consuletur, quadrifariam

dividimus. Agendum nobis est primo de verborum delectu, et collocatione; secundo de periodo, et compositione orationis: tertio de tropis, et de figuris seu schematibus: quarto denique de stylo, et ratione styli optimi comparandi, a facilioribus, ut par est, ad difficiliora sensim progrediendo.

CAPUT I.

DE VERBORUM DELECTU

Cur habendus est verborum delectus?

R. Quod verborum delectus origo est eloquentiae, ut ait Julius Caesar in suo de Analogia, seu de ratione latine loquendi, libro, quem Ciceroni nominatim nuncupavit. Quamvis enim suaves gravesque sententiae exponantur, tamen si inconditis, obscuris, inusitatisve efferantur verbis, offendent aures: nec res ulla plus apud animos hominum valet, quam delectus ordo, et perspicuitas orationis, teste Tullio.

Quid est animadvertendum in delectu verborum?

R. Hoc erit praecipue animadvertendum, ut purissimis, propriis, simplicibusque verbis utamur, sed absque ulla affectatione. Ait enim Fabius: *multos quibus loquendi ratio non desit, invenias, quos curiose potius loqui dixeris, quam bene;* vel quod nimia cura obsoletiores voces vel peregrinas aucupantur, vel quod inusitatis formulis utuntur; vitium summopere vitandum. Attica anus Theophrastum hominem alioqui disertissimum, a notata unius affectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimium attice (hoc est affectata elegantia) loqueretur. In optimo igitur ipso verborum genere delectus qui-

dam erit habendus, atque is cuidam aurium judicio accommodandus.

Quid est in verbis apprime quaerendum?

R. Tria sunt praecipue quaerenda in verbis nempe 1. puritas: 2. proprietas: 3. simplicitas.

§. I.

De verborum puritate.

Quid sibi vult verborum puritas?

R. Nempe ut verbis utamur selectissimis, maximeque usitatis apud scriptores, qui nobis in exemplum sunt propositi: et, ut ait Cicero, ea afferamus, quae nemo jure reprehendat, et ea sic casibus, et temporibus, et genere, et numero conservemus, ut nequid perturbatum, ac discrepans, ac praeposterum sit. Quare rejicienda sunt verba ab illis repudiata, ut quadam quasi barbarie inquinata, quae ingratam redolent peregrinitatem, vel ab usu abrogata, quem penes, ut ait Horatius, *est arbitrium, et jus, et norma loquendi.*

Quid est usus?

R. Est optimorum scriptorum, praesertim veterum, consuetudo; recentiorum enim parvi ponderis auctoritas est, nisi processu temporis verba ab illis prolata vim ac dignitatem sint assecuta. Nulla est vulgarium scriptorum auctoritas, nulla alicujus regionis, provinciaeque, non dicam plebis, quae vario semper fluctuanti et ignobili utitur sermone.

Non erit fas nova vocabula procudere?

R. Erit, sed ea lege, ut iis patrius sermo plane careat, egeatque. Si tibi dicenda erunt indicta veteribus, aut illis abdita recentibus indiciis monstrare,

tunc fas erit nova procudere nomina. Sed hoc juris erit tantum scriptoribus gravissimis, non pueris, mediocribusque ingeniis concessum.

§. II.

De verborum Proprietate.

Quid sibi vult verborum Proprietas?

R. Hoc sibi vult verborum proprietas, ut propriis res monstremus indiciis, ita ut singula suo veluti nomine indicentur. Verba propria illa sunt, quae rem totam, qualis est, demonstrant, ita ut omnes facile sensum arripiant. Propria, docet Tullius, verba esse, quae ejus rei sunt, aut esse possunt, de qua loquimur. Haec virtus elocutionis fundamentum est, qua qui non fuerit imbutus, frustra nititur ad superiora.

Quomodo Proprietas verborum cognosci potest?

R. Facile erit nobis cognoscere, si verborum originem, et ut ajunt etymologiam investigemus, si varios sensus notemus, et adagia uniuscujusque linguae propria intelligamus.

§. III.

De Etymologia.

Quid est Etymologia?

R. Etymologia est, quae verborum originem inquirit, ut vim, et significationem plane dignoscat. A Cicerone dicta est *Notatio*, quod sequutus est Aristotelem, qui *Notam* appellavit.

Velim haec explanares exemplo.

R. *Aruspex* ab *ara*, et *spicere* nomen habet.

Aruspicis ergo erit aram, seu animantium exta in ara inspicere. *Augur ab avium garritu* nomen accepit; quare auguris erit volucrum cantus observare. *Auspex* ab *avi*, et verbo *spicere* dictus: quare auspicis erit volatum volucrum expendere. *Fastidium* a *fastu:* quamobrem fastidire erit cum fastu quodam seu molestia contemnere. *Oculus* ab *occulere:* ait enim Varro, oculi dicuntur, qui superciliorum tegminibus occuluntur: loquetur ergo improprie, qui aruspicem pro auspice, vel augure usurpabit.

§. IV.

De Homonymis.

Quomodo verborum sensus distinguere possumus?

R. Si animadvertamus vocabula varias reddere posse significationes, et singulas inquiramus, eaque eligamus, quae nobis sunt commodiora ad rem declarandam. Vocabula, quae diversas exhibent significationes, homonyma dicuntur, et accurate interpretanda sunt, ut ait Quintilianus.

Taurus, exempli gratia, animal est, mons, signum in coelo, nomen hominis, radix arboris, et nisi distinctum sit, non intelligetur, de quo loquamur.

§. V.

De Adagiis.

Quaenam sunt Adagia?

R. Sunt quaedam verborum formulae a veteribus proditae, quibus vel utilis sententia, vel praeceptum quoddam ad vitam bene ducendam continetur, vulgi manibus tritum, ideoque ita cujusque sermonis pro-

prium, ut nequeat apte sine studio, et industria verti. Haec tamen nescio quid virium habent, auctoritatemque afferunt, si proprie utamur, et evidentiam.

Cedo exemplum.

R. *Sus Minervam*, idest sus animantium omnium stolidissimus docet Minervam sapientiae Deam. Nos Itali reddemus apte, si verbis immutatis, sententiam dumtaxat tenentes dicemus: *I papperi menano a bere le oche. Ab ovo ad mala*, quod est italice, *dal principio al fine:* ab ovo enim antiquorum coena ducebat initium, et malis sive fructibus claudebatur. *Aureos polliceri montes*, idest magnis pollicitationibus allicere: *promettere mari, e monti*: vel etiam, *promettere Roma, e Toma. Cicatricem refricare*, idest tangere ulcus, et renovare dolorem memoria veterum malorum: *mettere l'ugna nella piaga. Adolescens in navibus educatus; giovane educato alla grossa:* idest moribus maritimis sive inurbanis: nauticum enim genus solet suo elemento respondere, et ab urbanitate civium abhorret. *Tragedias in nugis agere : far di grandi tragedie per cose da nulla:* idest tumultum commovere in rebus parvis.

Quid afferunt orationi Adagia?

R. Dignitatem quamdam a vetustate: quid enim aliud veterum sapientum oracula, quam proverbia, quibus tantum honoris olim habitum est, ut non ab homine sed a Deo prolata viderentur? Afferunt etiam novitatis causa quamdam orationi venustatem et leporem, si non ad satietatem, sed ad gratiam iis utamur; non tamquam cibis, sed veluti condimentis: denique ad intelligendos optimos quosque scriptores valent; multum enim tenebrarum offundit ignoratio, plurimum lucis et splendoris cognitio.

Quid cavendum est in usu Adagiorum?

R. Primo cavendum est, ne quovis loco, nulla habita orationis vel personarum ratione, inferamus: quamvis enim gemmulae sint, non ubique splendent. Amittit gratiam quidquid intempestivum est. In epistolis aliisque scriptis familiaribus paulo liberius ludere licebit: in seriis vero, ut in oratoria vel historica oratione sicuti parcius, ita etiam accuratius sunt usurpanda. Secundo etiam cum tempestivà sint adagia, nimis crebra esse non debent. Densitas enim obstat quominus eluceant. Accedit hoc quoque incommodi, ut crebro captanti, nonnulla vel frigidiuscula, vel obscura admittere sit necesse. Tertio cavendum est, ne a triviis, vernisque deducantur ita ut oratio inquinetur, posthabita urbanitate, morumque honestate: quod turpissimum esset, et morati enucleatique scriptoris indignum.

§. VI.

De verborum simplicitate et synonimorum usu.

Quid sibi vult simplicitas?

R. Ut praecisis integrisque verbis rem exprimamus, ita ut nihil sit illi neque detractum, neque additum, neque immutatum. De verbis enim ut de humanis corporibus loqui possumus: namque siquid de corporibus detrahas, aut addas, aut immutes, integra nullo modo manere possunt.

Quid praecipue simplicitati obstat?

R. Synonimorum usus, ni cautus et prudens. Synonima voces per se aequipollentes, reciprocasque grammatici appellant. Haec quamquam linguae divitias abunde demonstrent, et si apte adhibeamus,

orationem exornent, tamen persaepe obscuriorem, inanemque reddunt. Quare horum vim potestatemque tenere plurimum momenti afferet, atque ad sermonis elegantiam conducet.

Affer exemplum aliquod, ex quo Synonimorum usus, et vis pateat.

R. *Amare* et *diligere* synonima sunt: non nihil tamen inter se differunt, quod amare majorem vim, atque affectum denotet: diligere idem sit ac delectum habere. Virtutis causa hominem de grege communi legimus: idest diligimus: consanguinitatis et benevolentiae causa amamus. Quare Cicero ait.

Ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.

Et in epistolis.

Tantum tamen accessit, ut nunc demum amare videar, antea dilexisse.

Varro, quantum differunt inter se verba haec *agere, facere, gerere,* hoc modo ostendit.

Potest quis aliquid *facere* et non *agere*, ut Poeta *facit* fabulam, et non *agit*: contra Actor *agit*, et non *facit*. Contra Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque *agit*, neque *facit*, sed *gerit*, idest *sustinet*; translatum ab his, qui onera gerant, quod sustinent.

Cedo exemplum Italicum.

R. En paucis, *Desiderare* est motus animi aliquid appetentis: *bramare* est cum quodam animi ardore aliquid concupiscere: *agognare* est aliquid affectare; *anelare* aegritudinem, et sollicitudinem animi aliquid exoptantis exprimit. *Battaglia* est praelium; *combat-*

timento, est pugna: *fatto d' arme* certamen: *battaglia decisiva* dimicatio.

In extremo discrimine ac dimicatione fortunae. Cic.

Sed hactenus de verborum simplicitate. Nunc de collocatione verborum dicendum est.

§. VII.

De Collocatione verborum.

Quid dicendum erit de Collocatione verborum?

R. Collocatio verba jam probata, et electa, et velut sibi assignata ita debet connectere, ut singula decenter teneant locum, quem sunt sortita, ut cum Horatio dicam. Confert plurimum ad orationis perspicuitatem ordo; inordinata enim confusa sunt, et obscuritatem pariunt: sicut quamlibet multa, si in ordinem disposueris, fient perspicua.

Quotuplex est ordo in Collocatione verborum?

R. Duplex: alter naturalis esse videtur, alter consilii, sive ornatus, et animi causa.

Quis est ordo naturalis?

R. Est ille per quem verba ita sunt collocata, ut rem dilucide aperiant, ita ut intellectu facillima sint. In verbis igitur collocandis tantum studii, et industriae adhibebimus, ut quae dicimus, dilucida, et negligenter quoque audientibus aperta sint, atque, ut Fabius docet, in animum, tamquam sol in oculos, etiamsi non intendatur, occurrant. Quare non ut intelligere possit auditor: sed ne omnino possit non intelligere, curandum.

Qui dicitur ordo consilii sive ornatus animive causa?

R. Collocationem illam ita vocamus, qua sive numerosae orationis reddendae causa, sive ad aliquem animi motum exprimendum, vel etiam ad obtinendam alicujus rei evidentiam utimur. Ordo enim verborum magis efficax est, cum idearum ordinem, vel affectus imaginem reddit. Sed de his alio loco.

Quid maxime curandum in verborum collocatione?

R. Collocationis, inquit Tullius, est componere, et struere verba sic, ut neve asper, neve hiulcus sit eorum concursus, sed quodam modo coagmentatus et laevis. Id enim assequemur, si extrema verba cum primis ita jungemus, ut nec aspere concurrant, neve vastius diducantur. Collocabuntur igitur, inquit ille, verba ut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum primis, eaque sint quam suavissimis vocibus: aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiant orbem suum; aut ut comprehensio numerose, et apte cadat. Literarum etiam quaedam ratio habenda est cum aliae suavitatem, asperitatem aliae inducant.

Quid praecipue in verborum collocatione vitandum est?

R. Vitanda in primis, ut ait Quintilianus, ambiguitas, non haec solum, quae incertum intellectum facit, ut *Chremetem audivi percussisse Demeam:* sed illa quoque, quae etiamsi turbare non potest sensum, in idem tamen verborum vitium incidit, ut si qui dicat, *visum a se hominem librum scribentem.* Nam etiamsi librum ab homine scribi pateat, male tamen composuerat, feceratque id ambiguum, quantum in

ipso fuit. Secundo affectationem omnem vitabimus, nec operose fiet vel nimio studio verborum collocatio. Nam illa (ait Fabius), quae curam fatentur, et ficta atque composita videri etiam volunt, nullam gratiam consequuntur. Sed de verbis hactenus, nunc de sententiis, sive de ambitu, quo continentur, nobis habendus est sermo.

CAPUT II.

DE PERIODO

Quid est periodus?

R. Periodus est sententia brevis, et absoluta, quae certis partibus, sive membris, a se invicem pendentibus, et quodam veluti vinculo connexis numerose comprehenditur.

Unde illud nomen suum traxit Periodus?

R. A voce Graeca περίοδος quae significat ambitum, atque circuitum. Est autem periodus verborum ambitus quidam, et continuata comprehensio. Hinc artis magistri volunt Periodum similem esse camerae, seu lapidei fornicis, cujus lapides omnes ita sunt inter se apti, atque connexi, ut se communi illo vinculo, et continuatione sustineant.

Quid sibi vult celebris illa Aristotelis definitio lib. 3. Rhetoricae ubi ait. = Periodum esse orationem, quae habeat principium, et finem et magnitudinem, quae uno quasi aspectu perlustrari facile possit? =

R. Hanc definitionem in nostram perbelle quadrare respondemus. Principium enim illud, de quo loquitur Aristoteles, nihil aliud est nisi primum pe-

riodi membrum, quod ita suspensum ferri debet, ut aliud quidpiam subsequi omnino debeat: unde etiam vocatur principium. Medium vero ac finis sunt reliqua periodi membra, quae brevi quodam contractoque verborum ambitu debent illam circumscribere. Unde vere dicitur illam uno conspectu facile cerni debere, unoque spiritu pronuntiari.

Cedo exemplum.

R. Aptae hujusmodi atque jucundae verborum connexionis illustre exemplum esse potest Ciceroniana illa Periodus in ipso exordio orationis pro lege Manilia.

Quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo jucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites, tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea me voluntas, sed meae vitae rationes ab ineunte aetate susceptae prohibuerunt.

Cedo Scriptoris Italici exemplum.

R. Splendidum in primis exhibet Joannes Casa in oratione ad Carolum V.

Siccome noi veggiamo intervenire alcuna volta, Sacra Maestà, che quando o cometa, o altra nuova luce è apparita nell' aria, il più delle genti rivolte al cielo mirano colà, dove quel maraviglioso lume risplende, così avviene ora del vostro splendore, e di Voi: perciocchè tutti gli uomini, ed ogni popolo, e ciascuna parte della terra risguarda inverso di Voi solo.

§. I.

De partibus Periodi.

Quaenam sunt partes Periodi?

R. Periodus constat certis quibusdam partibus, quarum majores appellantur membra, graece *Cola*, minores vero appellantur incisa, graece *Commata.*

Quid est membrum Periodi ?

R. Membrum sive Colon est pars periodi continens sensum aliquem, sed suspensum ac imperfectum. v. g.

Antequam de Republica, Patres Conscripti, dicam ea, quae dicenda hoc tempore arbitror;

Ecce tibi Periodi membrum: neque enim hic sensus orationis conquiescit. Habebis periodum absolutam si ad primum illud membrum accedat hoc alterum.

exponam vobis breviter consilium et profectionis et reversionis meae.

Habeas etiam exemplum hoc ex Boccacci periodo alterius membri continentis sensum imperfectum, qui postea ab altero membro perficitur.

1. Quivi adunque dimorando M. Ruggeri, e splendidamente vivendo, e in fatti d' arme maravigliose cose operando;
2. assai tosto per valoroso si fece conoscere.

Quid est Incisum?

R. Incisum sive Comma est pars membri; quemadmodum enim in Periodo membrum, sic in membro continetur incisum, v. g.

Nihil est, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius.

Ex tribus hisce incisis membrum unum efficitur. Itaque *dicere incisim* est crebris id genus incisis, et articulis suam orationem distinguere.

Quandonam potissimum usurpanda sunt crebra illa Incisa ?

R. Incisa mirum in modum valent, cum adversario vehementius, et acrius instat orator. Ita Cicero

per incisa Pisonem increpat, illumque caesim, et punctim, ut ita loquar, objurgat, et ferit.

Non enim nos color iste servilis, non pilosae genae, non dentes putridi deceperunt; oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit, hic eos, quibus eras ignotus, decepit, fefellit, in fraudem induxit. Pauci tua ista lutulenta vitia noveramus; pauci tarditatem ingenii, stuporem debilitatemque linguae.

Cedo aliquod illustre exemplum ab italico auctore depromptum.

R. Ex Fabulis selectis Joannis Boccacci.

Essi videro il giardino pieno forse di cento varietà di belli animali: e l'uno all'altro mostrandolo, d'una parte uscir conigli; dall'altra correr lepri; e dove giacere cavrioli, ed in alcuna cerbiatti giovani andare pascendo: ed oltre a questi, altre più maniere di non nocivi animali, ciascuno a suo diletto, quasi dimestici, andarsi a solazzo.

Quid est dicere membratim, et quandonam usurpanda sunt crebriora membra?

R. Dicimus membratim, cum oratio ita fertur, ut singulis membris absoluta contineatur sententia. Quod plerumque fit in narrando, praesertim cum docendi gratia narramus; tum enim periodos majoribus intervallis, ac veluti laxioribus nodis resolvimus. Exemplum habes in Miloniana.

Milo autem, cum in senatu fuisset ea die, quoad Senatus dimissus est, domum venit: calceos, et vestimenta mutavit: paullisper dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est: deinde profectus est id temporis, cum jam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis graecis comitibus, ut solebat; sine uxore, quod nunquam fere etc.

Et apud Danielem Bartolum, ubi Aliam Catulam decrepitam anum inducit in faciem virgunculae personatam describit.

Tutta dunque si diede a far bella con quanto l'arte potesse emendar la natura: e perciocchè non si potea rabbellirla, e non tormentarla, si diede alla discrezion delle sue damigelle; la tormentassero, purchè la rabbellissero. Appianarle le grinze di tutto il volto: svellerne d'in sulle gote i peli: velarne con rossetti, e biacche il livido della pallidezza: darle un dolce lustro alla pelle scabrosa: addirizzarne il fusto della vita curvo, e bistorto: stregghiarla, profumarla, dipingerla, finchè della vecchia, ch'era appunto negli 80 anni, se ne facesse almeno una maschera di lei stessa qual fu giovane di diciotto.

Quonam Syllabarum numero circumscribi ac terminari debet periodi membrum?

R. Est hoc commune praeceptum, unius Periodi membro, versus hexametri magnitudinem non multum superari debere. Quamquam, ut dicam id quod sentio, hac in re omnino vitanda est Orationi exilis quaedam anxietas, et scrupulosa diligentia.

§. II.

De variis periodorum generibus.

Quot sunt periodorum genera?

R. Tria, alia est Periodus bimembris, sive dicolos: alia trimembris, sive tricolos: alia quadrimembris, sive tetracolos. Plura enim vel pauciora membra aut vix, aut nullo modo patitur germana sinceraque Periodus. Singula porro haec membra, si vel paria sunt, vel non valde disparia, multo gratior, et venustior erit Oratio.

Periodi bimembres.

I.

1. Ergo et mihi meae pristinae vitae consuetudinem, C. Caesar, interclusam aperuisti:

2. et his omnibus ad bene de Republica sperandum, quasi signum aliquod sustulisti.

II.

1. Sono i vecchi come mente, e anima di tutto il corpo della famiglia:

2. e niuna letizia può essere ai vecchi maggiore che vedere la gioventù accostumata, reverente e virtuosa.

Trimembris exemplum eximium esse potest illa Ciceronis Periodus, numeris, ut mihi videtur, omnibus absoluta, in exordio Manilianae.

Periodi trimembres.

I.

1. Nam cum antea per aetatem hujus auctoritatem loci contingere non auderem:

2. statueremque nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere:

3. omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi.

II.

1. Godonsi alla villa que' dì ariosi e chiari e aperti:

2. hannosi vedute leggiadre, e giocondi spettacoli, ragguardando que' colletti fronzuti, que' piani vezzosi, quelle fonti, e que' rivi che saltellando si nascondono fra quelle chiome dell'erbe:

3. e quello, che più diletta, fuggonsi gli strepiti, i tumulti, e la tempesta della città, della piazza, e del palagio. (ex Pandolfinio)

Periodos quadrimembres suppeditabit nobis primo idem Tullius in oratione pro Roscio Amerino, ubi egregie, more suo, describit supplicium parricidarum, qui primum virgis sanguineis verberati, deinde vivi in culeum, hoc est in saccum e corio, cum cane, gallo, simia, et serpente inclusi, atque insuti in mare, aut in fluvium projiciebantur; postea Angelus Pandolfinius de regimine domus.

Periodi quadrimembres.

I.

1. Ita vivunt, ut ducere animam de coelo non queant:
2. ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat:
3. ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur:
4. ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui quiescant.

II.

1. Io vi dico così che il buon padre di famiglia consideri tutte le sue sostanze, e beni suoi, nè voglia averle tutte in un luogo, nè tutte in una cassa:
2. acciocchè se i nemici, o gl'impeti ostili, o altri casi avversi premono di qua, tu vaglia, o possa valerti di là:
3. e se ti danneggiano di là, tu possa valerti di qua:
4. e se la fortuna non ti giova in questo, non ti noccia in quest'altro.

Quid est Periodus quadrata?

R. Illa est, quae constat quatuor membris inter se paribus, et volubiliter ac numerose cadentibus; hujusmodi est Ciceroniana illa de parricidarum supplicio. Periodus enim perfecta, de qua hic sermo est, nec ultra quatuor membra procurrit, nec infra duo contrahitur. Atque in primis nobiscum ita sensit

ipse Tullius, cum ait in Oratore: *Constat ille Ambitus, et plena comprehensio e quatuor fere partibus, quae membra dicuntur, ut et aures impleat, et ne brevior sit quam satis sit, neque longior.*

Quodnam periodi genus est orationi aptius?

R. Tria asseruimus esse periodorum genera: idest sive duobus, seu tribus, seu quatuor, seu pluribus membris conflata; et singula ad usum, et ornatum orationis conducere. Sed cum varietas virtus quaedam sit orationis, non semper uno eodemque genere insistendum est, sed commixtione quadam periodorum oratio coagmentanda.

Et quamvis brevis periodus aptior sit ad docendum, et ad narrandum, tricolos, et tetracolos ad delectandum, et ad movendum, non semper tamen eodem periodi genere utendum est: *non semper*, docet Tullius, *utendum est ea perpetuitate et quasi conversione verborum, sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est.*

§. III.

De legibus ac regulis Periodi.

Quid primum praestare debet perfecta periodus?

R. Respondet Fabius: *praestare debet, ut sensus concludat: sit aperta, ut intelligi possit: non immodica, ut memoria contineri. Membrum longius justo, tardum, brevius, instabile est.* Ut sensum includat facile obtinebitur si una erit principalis sententia, et membris aequioribus distributa: ut aperta sit, si verbis propriis exponemus, et a nimio incisorum pondere abhorrebimus; ut memoria contineatur, si

non amplius quatuor vel quinque membris se extendat. Ita et unitatem, et vim, et facilitatem periodus consequetur.

Quaenam Periodi leges praecipuae sunt?

R. Tres sunt praecipuae. Prima est, ut illius membra nexibus quibusdam inter sese quam aptissime cohaereant: alioqui enim jam non esset Periodus, sed oratio dissipata, dissolutaque, et, ut ajunt, *arena sine calce*. Secunda regula haec est, ut sensus non sit, nisi in omnium membrorum fine perfectus. Tertia, ut pleniore verborum ambitu, et circulo Periodus concludatur.

Possetne fieri Periodus, quae contineret membra minus quam duo?

R. Posset fieri Periodus unius membri, atque haec est illa, quae vocatur ab Aristotele Periodus simplex, sive monocolos.

Cedo exemplum.

R. Habeas latinum a Cicerone.

Virtus est altissimis defixa radicibus, quae nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco.

Et alterum a Nepote.

Magnis in laudibus tota fuit Graecia victorem Olympiae citari.

Italicum vero habeas a Pandolfinio.

La sanità dell' uomo vecchio fa testimonianza della continenza avuta nella sua giovinezza.

Potestne fieri Periodus, quae plura quam quatuor membra contineat?

R. Potest omnino usque ad quinque, aut sex, vel plura etiam membra produci: sed hoc periculosae opus est plenum aleae: nam nimius membrorum nu-

merus facile obscurabit, vel efficiet, ne facile memoria contineri possit.

Cedo exemplum Periodi continentis plura membra quam quatuor.

R. En habes a Tullio in oratione post reditum ad Quirites.

1. Quod precatus a Iove op. max. caeterisque Diis immortalibus sum, Quirites, eo tempore, cum me, fortunasque meas, pro vestra incolumitate, otio, concordiaque devovi:

2. ut, si meas rationes unquam vestrae saluti anteposuissem, sempiternam poenam sustinerem mea voluntate susceptam:

3. sin et ea quae ante gesseram conservandae civitatis causa gessissem:

4. et illam miseram profectionem vestrae salutis gratia suscepissem:

5. ut quod odium scelerati homines et audaces in Rempublicam, et in omnes bonos conceptum jamdiu continerent, in me unum potius, quam in optimum quemque, et in universam Remp: deflecterent:

6. hoc si animo in vos, liberosque vestros fuissem, ut aliquando vos, P. C. Italiamque universam memoria mei, misericordia, desideriumque teneret:

7. ejus devotionis me esse convictum judicio Deorum immortalium, testimonio Senatus, consensu Italiae, confessione inimicorum, beneficio divino, immortalique vestro, maxime laetor, Quirites.

Cedo exemplum Italicum.

R. Luculentum praebet nobis exemplum Joannes Casa in prima Galatei periodo.

1. Conciossiacosachè tu incominci pur ora quel viaggio, del quale io ho la maggior parte, siccome tu vedi, fornito, cioè questa vita mortale;

2. amandoti io assai, come io fo,

3. ho proposto meco medesimo di venirti mostrando quando un luogo e quando altro,

4. dove io, come colui, che gli ho sperimentati, temo che tu camminando per essa, possi agevolmente o cadere, o come che sia errare;

5. acciocchè tu ammaestrato da me possi tenere la diritta via con salute dell' anima tua e con laude, e onore della tua orrevole e nobile famiglia.

Quomodo vocatur Periodus, quae ultra quatuor membra procedit?

R. Si, ut aliquando contingit, ultra quatuor procedat, ac nihilo tamen minus orbe quodam, circuituque conclusa feratur oratio, vocabitur ambitus, sive oratio periodica.

§. IV.

De artificio Periodi amplificandae.

Quaenam est prima ratio amplificandae Periodi?

R. Tyrones nullo negotio Periodos fundent, si habeant ad manum, et in promptu particulas, vel locutiones quasdam conficiendis periodis mirum in modum idoneas, cujusmodi sunt voces illae omnes, quae necessariam quamdam habent cum aliis subsequentibus affinitatem: v. g. *Etsi, quamvis, quamquam, quemadmodum, sicut, cum, quoties, quantum, qualis, quo, non minus*; quibus respondent, *tamen, verumtamen, nihilominus, ita, tum, toties, tantum, talis, eo, quam.*

Quid est Protasis, quid Apodosis?

R. Protasis est prima Periodi pars, ex qua secunda pendet, et in qua oratio crescit quodammodo, et attollitur. Apodosis vero est altera Periodi pars, in qua oratio perfecta conquiescit. Illae porro, de

quibus loquimur, particulae, suspensaeque locutiones mirum in modum idoneae sunt ad Protasim cum Apodosi connectendam, ut videre est in exemplis, illo praesertim pro Caecina, quod hic referemus.

Protasis

Si quantum in agro, locisque desertis audacia potest, tantum in foro, atque judiciis impudentia valeret:

Apodosis

non minus in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii impudentiae: quam tum in vi facienda cessit audaciae.

Protasis

Considerando io, e meco medesimo attentamente ripensando, quanto il riposo, e la tranquillità sia generalmente agli uomini graziosa, ed al gusto degli animi nostri piacevole:

Apodosis

più volte ho temuto non il mio presente ragionamento possa parere a molti grave e nojoso.

Quaenam est secunda ratio amplificandae Periodi?

R. Periodus pulcherrime dilatatur, cum brevis quaedam sententia in suas quasi partes distribuitur. Ita Tullius paucula haec verba (omnes lugent Clodium) amplificat.

P. Clodii mortem aequo animo nemo ferre potest: luget Senatus; moeret equester ordo: tota civitas confecta senio est: squallent municipia: afflictantur coloniae: agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant.

Etiam Boccaccius omnem profanum amorem detestandum esse hac periodo amplificat.

Vedere adunque dovevi, amore essere una passione accecatrice dell' animo, disviatrice dello ingegno, ingrossatrice, anzi privatrice della memoria, dissipatrice delle

terrene facoltà, guastatrice delle forze del corpo, nemica della giovinezza, e della vecchiezza morte: genetrice dei vizii, e abitatrice de' vacui petti: cosa senza ragione, e senz'ordine, e senza stabilità alcuna; vizio delle menti non sane, e sommergitrice dell' umana libertà.

§. V.

De numero Periodi.

Quid est numerus Periodi?

R. Est quaedam concinnitas a delectu, et collocatione verborum, et apta conjunctione exorta, quae concentum auribus jucundum gignit, et interdum animorum, et corporum motibus imitandis aptum. *Esse in oratione numerum quemdam* (ait Tullius) *non est difficile cognoscere, judicat enim sensus.* Omnis structura, ac dimensio, et copulatio vocum cum constet aut numeris, aut dimensione quadam, judicium sit aurium, necesse est. Quare optime Fabius: *de illo judicant*, inquit, *aures, quae et plena sentiunt et parum expleta desiderant, et fragosis offenduntur, et lenibus mulcentur, et contortis excitantur, et stabilia probant, clauda reprehendunt, redundantia et nimia fastidiunt. Aures enim naturalem quamdam in se continent vocum omnium mensionem.*

Quotuplex est Numerus?

R. Alius poeticus, alius vero oratorius est: hic ex variatis concentibus, ille ex pedum commixtione ortum habet; poeticus patens est, oratorius vero non exquisitus, at ita dissimulatus, ut tamen sentiatur et gratum auribus afferat sonum. Ut igitur in poetica versus inventus est terminatione aurium, et observatione prudentium, sic in oratione animad-

versum est, multo illud quidem serius, sed eadem natura admonente esse quosdam certos cursus, conclusionesque verborum.

Cur in oratione Numerus quaerendus?

R. Breviter respondet Fabius, quod *nihil potest intrare in affectum, si in aure veluti quodam vestibulo statim offendat.* Et ut melius numeri vim adolescentes cognoscant, hoc loco referemus verba Ciceronis in Oratore (cap. 64) *Me stante*, ait ille, *Cajus Carbo Caji Filius tribunus plebis, in concione dixit his Verbis:*

O Marce Druse, patrem appello. Tu dicere solebas sacram esse rempublicam, quicumque eam violavisset, ab omnibus esse ei poenas persolutas. Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit.

Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quaero non ne id numerus effecerit? Verborum ordinem immuta: fac sic; *comprobavit filii temeritas*, jam nihil erit. At eadem verba; eadem sententia. Animo istud satis est, auribus non satis.

Quomodo obtinere Numerum in oratione possumus?

R. Intervalla, seu interpuncta, quae primo interspirationis necessitate fuerunt inducta, arte postea sic temperata et fusa sunt, ut aptos efficerent numeros. Quare intervallorum longorum, et brevium varietate numerum obtinere possumus in oratione.

Affer exemplum aliquod Periodi numerosae.

R. Suavis admodum est auribusque pergratus verborum numerus in hac Tullii sententia pro Marcello.

Nulla est tanta vis, tantaque copia, quae non ferro, ac viribus debilitari frangique possit.

Peribit funditus omnis venustas, si inverso numero dicas;

Nulla est vis tanta, et copia tanta, quae non possit debilitari, frangique viribus, ac ferro.

Quid item suavius hac altera Ciceronis sententia in Philippica 2.?

Te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere.

Quae quidem verba tam apte mihi videntur constructa, ut praeclari cujusdam numeri absolutissimum exemplar esse possint. Abibit vero decor omnis, si sublato tam eleganti numero dixeris:

Te miror, Antoni, non perhorrescere exitus eorum, quorum imiteris facta.

Tanti nimirum est certa quadam moderatione numerorum explere sententias: ideoque ut optime notat Quintilianus: neque Demosthenes fulmina vibrasse diceretur, nisi numeris vibrata fuissent.

Quomodo veteres harmoniam Periodi obtinebant?

R. Ex varia pedum collocatione, et optima ratione miscendi inter sese dactylos, spondaeos, jambos, choreos, dichoreos, et alia hujusmodi pedum genera. Sed nunc (ut ait Auctor praeludiorum eloquentiae, cujus verbis utor) in verbis, seu pedibus dimetiendis, componendisque plurimum nobis curae ablatum est; qui inter jambum et choreum, et spondaeum, sive trocheum quid intersit, non amplius aure dijudicamus, neque satis sono, et pronunciatione distinguimus: quum producendae, sive corripiendae vocalis, extra verbi ad minus trium syllabarum compositionem ratio, et usus interciderit. Ergo omnia duarum syllabarum vocabula pronunciatione sunt mo-

do aequalis mensurae: longiora duplicem recipiunt sonum; isque micat praesertim in penultima syllaba; brevem celeremque, ut in dactylo, et hujusmodi: productum, tardumque ubi longa est penultima. Superest etiam nobis ad concentum, et numerum varia verborum mensura, ex numero syllabarum proveniens.

Quid nobis dicendum de numero Periodi quaerendo?

R. Nempe ut sensit Cicero, qui docet, omnes in oratione quasi permixtos et confusos pedes esse debere; non enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur. Sit igitur, ut jam indicavi, ait ille, permixta et temperata numeris, nec dissoluta, nec aspera, nec semper aequalis oratio, ut etiam in ipsis numeris sit varia, et aures delectet magis sine ulla satietate.

§. VI.

De regulis numerosae Periodi reddendae.

Quaenam sunt regulae Periodi numerosae reddendae?

R. Sex potissimum, quae omnes ea ratione observandae sunt, ut tota oratio affectatione taedium, et satietatem non afferat; *in universum autem,* inquit Fabius, *si necesse sit, duram potius atque asperam orationem malim esse, quam numeris effeminatam et enervem.*

Quaenam est prima regula?

R. Numerosa fiet periodus, si syllabae breves ac longae sic temperentur, alternenturque quodammodo, ut neque copia brevium incitatior ac celerior feratur oratio, neque longarum multitudine retardata

languescat. Concinnam hanc brevium, et longarum syllabarum temperationem vides in illis Tullii verbis ad Caesarem.

Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes.

Quaenam est secunda regula?

R. Voces unius, duarum, aut plurium syllabarum si commisceantur, nascetur inde oratio valde numerosa v. g.

Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.

Contra vero crebriore monosyllaborum iteratione quasi exilit, atque subsultat oratio v. g.

Hac in re nos hic non ferret.

Quaenam est tertia regula?

R. Cadet numerosa Periodus, si magnificis et bene sonantibus verbis terminetur: ut in hisce exemplis ex Cicerone desumptis.

Quos amisimus cives, eos non Martis vis perculit, sed ira victoriae.

Nam qui locus quietis, ac tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maxima moles molestiarum, turbulentissimaeque tempestates extiterunt.

Quaenam est quarta regula?

R. Nulla res magis facit ad numerum oratorium, quam verborum splendor, non solum in periodi clausula, sed in toto illius quasi contextu. Ita Tullius in Pisonem.

Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile nihil habes praeter colorem.

Et in eloquentissima illa peroratione pro Fonteio.

Nolite pati, judices, aras Deorum immortalium, Vestaeque matris, quotidianis Virginis lamentationibus de vestro judicio commoveri.

Et in 4. Catil:

Id est initum consilium, ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem populi R. nomen, et ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur.

Cedo quintam regulam.

R. Ut leniter, aequabiliterque fluat Periodus, fugiendus est asperior literarum, et vocabulorum concursus, quod est in oratione vitium vel maximum. Incurritur autem in illud vitium multis modis:

1. Cum durius ac crebrius concurrunt inter se consonantes, quae stridorem efficiunt ut

Ars studiorum, Rex Xerses.

2. Cum verbi prioris ultimae syllabae fiunt primae sequentis, ut vel ipsi Ciceroni aliquando excidit, cum ait:

Res mihi invisae, visae sunt.

Itemque cum dixit in carmine

O fortunatam natam, me Consule, Romam!

3. Cum eadem littera, vel etiam, quod pejus est, eadem syllaba crebrius iteratur; quale est illud Ennii Poetae:

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Itemque illud adeo tritum:

O Tite tute Tati, tibi tanta, tyranne, tulisti.

4. Cum similiter cadentibus, ac desinentibus frequenter utimur, ut *amatrices*, *adjutrices*, *praestigiatrices* fuerunt.

Quaenam est ultima regula?

R. Caput illud non est in periodo solum, sed etiam in omni oratione, ut Latina constructio quam maxime distet ab Italica; hoc est verba per universam quam vocant constructionem ita trajiciantur, ut quod re ipsa prius est, fiat artificiosa quadam verborum collocatione posterius. Quae constructio ita est propria linguae latinae, ut omnis illius vis, atque elegantia, ac quasi natura, et indoles in eo potissimum sita esse videatur.

Cedo exemplum aliquod constructionis trajectae.

R. En pauca.

1. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriae. *Cic.*
2. Habet magnum dolorem, unde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverti.
3. Mea lenitas, si cui solutior visa est, hoc expectabat, ut id quod latebat, erumperet. *Cic.*
4. Fere quem quisque locum pugnando coeperat, eum, amissa anima, corpore tegebat. *Salust.*

Ut melius animadvertas hujus constructionis vim, atque virtutem poteris in hunc ordinem haec dicta convertere.

1. Vis Martis perculit cives eos, quos amisimus, non ira victoriae.
2. Reverti cum ignominia eodem, unde discessisti cum honore, habet dolorem magnum.
3. Si cui lenitas mea visa est solutior, expectabat hoc, ut erumperet id quod latebat.
4. Fere quisque amissa anima tegebat corpore locum eum, quem coeperat pugnando.

Quid insuavius, quid languidius hoc? Sententiae manent, sed numeri splendor plane deficit, visque orationis.

Estne aliquid Tyronibus cavendum?

R. Tria sunt, quae Tyrones etiam atque etiam cavere debent: primum ne, dum numerose loqui volunt, infarciant, ut persaepe fit, inania quaedam complementa, et ramenta numerorum, quasi si rimas explere vellent. Alterum est ne, dum oratorium numerum quaerunt, incidant in poeticum, et periodi finis sit finis alicujus versus, praesertim Heroici, vel Elegiaci: quod olim Bruto ipsi excidit qui hac exametri clausula suam sententiam ita conclusit.

Quamquam sciunt placuisse Catoni.

Quin etiam apud Ciceronem ipsum invenies:

Cum loquerer, tanti fletus, gemitusque fiebant.

Tertium est, ne, dum numero serviunt diligentius, et aurium voluptati morigerantur, omnis interea retardetur impetus, visque orationis, et animus ab iis, quae potiora sunt, penitus avertatur. Quapropter haec aliaque hujusmodi in numero vitia, non ut ingens crimen expavescenda sunt; ac nescio hac in re negligentiane, an nimia solicitudo sit pejor.

§. VII.

De paranda facultate numerose dicendi.

Quomodo parari potest facultas numerose dicendi?

R. Haec apte, numeroseque dicendi facultas non est profecto tanti laboris, quanti prima fronte videtur esse. Nihil est enim tam flexibile, et quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio: atque ut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus, ac fingimus, sic plane dictionis genus ad omnem rationem, et ad aurium voluptatem, motumque ani-

morum facile mutatur, ac vertitur. Ut hoc assequamur, duplici potissimum via, ac ratione uti possumus.

Quaenam est prima ratio parandi facultatem numerose dicendi?

R. Si Tyro numerosas aliquot, et volubiles Tullii sententias non legere modo, sed elata etiam voce pronuntiare assuescat: cujusmodi sunt illae, quas supra attulimus, vel illae, quas affert Quintilianus:

Omnes prope virtutes virtute, gloria, dignitate superabat.

Itemque ista;

Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit.

qui numerus (ut paulo ante dictum est) ita placuit populo, ut hac exaudita clausula, clamorem ingentem sustulerit.

Quaenam est secunda ratio numerose dicendi?

R. Parabitur numerose dicendi facultas, si numerum illum, et quasi concentum imitatione, ac stylo coneris exprimere, quod quidem exercitatione, atque usu, qui est optimus dicendi magister, non ita difficulter consequeris. *Ut enim qui in sole ambulat, sensim coloratur,* ait Tullius, *ita cum istos libros lego, sentio orationem meam illorum quasi cantu colorari.*

CAPUT III.

DE NUMERIS AD AFFECTUUM IMITATIONEM COMPOSITIS.

Quid dicendum de numero, quo animi motus imitamur?

R. Nihil est, ait Cicero, tam cognatum mentibus nostris, quam numeri, atque voces, quibus et exci-

tamur, et incendimur, et lenimur, et languescimus, et ad hilaritatem, et ad tristitiam saepe deducimur. Affectus igitur animi imitabimur, si animadvertemus, quibus numeris illa affectio, quam referre volumus, gaudeat; nam et moeror tardos, et ira rapidiores, et hilaritas excitatos nos ad agendum, et ad loquendum reddit. Observandum est ideo, qui ad laetitiam numeri et celeritatem, qui ad moram, et difficultatem, tristitiamque, qui ad tenuitatem faciant, et verbis iis uti, quibus status animi facile significetur. Neque vero numerorum in verbis, sed et in litteris ratio aliqua habenda est.

Quare in litteris habenda ratio est?

R. Quod aliae suavitatem conciliant, aliae asperitatem inducunt, quaedam amplitudini majestatique inserviunt. Littera *a* mollitie quadam exhilarat: *e* tenuitate quadam relaxat; *i* sonum reddit exilem: *o* lenitatem, et pleniorem sonum reddit: *u* vastitatem exprimit. Et ut de consonantibus aliquid dicam *r* asperitatem affert, *m* quasi mugit. Mutae denique, ut paucis absolvam, demissum sonum, liquidae hilarem et faciliorem reddunt. Ex opportuna igitur commixtione litterarum concentum obtinere possumus ad id, quod exprimere cupimus aptum.

Quae ratio in verbis ad imitandos animorum motus habenda est?

R. Cum omnes animi motus aut celeritatem, aut tarditatem quamdam inducant, cumque omnis numerus incitatius brevitate verborum, tardius proceritate fluat, facile animi motus imitatione reddere possumus. Sed haec exemplis clariora erunt.

Profer exempla.

R. Tullius noster, ut tranquillitatem et otium rei-

publicae describeret, mollioribus his ac dulcibus verbis expressit: quae mira animum suavitate, ac dulcedine complent.

Etsi homini nihil est magis optandum, quam prospera, aequabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitae sine ulla offensione cursu, tamen si mihi tranquilla, et pacata omnia fuissent, incredibili quadam, ac pene divina, qua nunc vestro beneficio fruor, laetitiae voluptate caruissem.

Vim, et impetum animi brevitate pedum mirabili expressit arte in Oratione pro Sextio.

An qui sua tecta defendit, qui ab aris, focis ferrum, flammamque depellit, qui sibi licere vult tuto esse in foro, in templo, in curia, qui vitae praesidium comparat, qui vulneribus, quae cernit quotidie toto corpore, movetur, ut aliquo praesidio caput, et cervices, et jugulum, ac latera tutetur: hunc de vi accusandum putas?

Ex tarditate, et proceritate verborum gravitatem et majestatem quamdam est assequutus in Oratione 3. in Catilinam.

Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, conjuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die, Deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculis meis ex flamma, atque ferro, et pene ex faucibus fati ereptam, et vobis conservatam, ac restitutam videtis.

Et in eadem.

Memoria vestra, Quirites, nostrae res alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis veterascent, et corroborabuntur.

In secunda actione in Verrem dolorem animi, et moestitiam quamdam auditoribus inurit Cicero, his verbis, et numeris calamitatem miserorum parentum

pingens, qui prohibebantur adire ad filios in carcerem inclusos.

Patres hi, quos videtis, jacebant in limine, matresque miserae pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberorum exclusae, quae nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum ore excipere sibi liceret.

Legentibus horror ingruit: vis tamen apprime hoc efficit. Animadverte, ut mittam caetera, iterationem syllabae *ex* quae asperitate soni animum exulcerat, et duriore numero crudelius dilacerat.

Laetitiam quamdam his verbis pictam et fere inustam observamus in secunda oratione in Catilinam.

Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, ex urbe vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla jam pernicies a monstro illo, atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabitur.

Populi vana brevique libertate luxuriantis levitatem paucis verbis expressit Livius lib. 3. quae animorum fluctuantium motus varios in mentem lectoris inducunt.

Vocis, verborumque quantum voletis ingerent, et criminum in principes, et legum aliarum super alias et concionum: sed ex illis concionibus nunquam vestrum quisquam re, fortuna domum auctior rediit.

Animi, affectuumque tumultum refert Pacuvii oratio deterrentis Perollam filium a caede Annibalis.

Per ego te, fili, quaecumque jura liberos jungunt parentibus, precor, quaesoque, ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis.

Vim, et conatum animi contra voluntatem obtem-

perantis habemus in his Perollae verbis patri respondentis.

O patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem defendere volebam, hosti minime parcens, quando pater extorquet, accipe.

Si Livius dixisset:

O patria accipe ferrum, quando extorquet pater etc.

omnem vim, et virtutem orationis sustulisset.

Tristitiam, atque animorum aegritudinem mente concipimus haec in Tacito legentes:

Voces populi blandae, et intempestivae: miles minaci silentio.

Num etiam Italici Scriptores imitatione, numerisque tantum sunt assecuti?

R. Equidem assecuti sunt, ut exemplis videre licebit. Paulus Segnerus Demosthenes, ita vivam, et Tullius noster splendidioribus numeris festum apparatum, laetitiamque ita describit, ut animo sentias, et mente concipias.

Splendevano d' ogni intorno tutte le spiagge ancor più rimote di fiaccole, e fanali: rideva il ciel più sereno, il mare più placido; e solo alcuni venticelli battendo maestrevolmente sull' acque le loro penne parea che s' ingegnassero d' accordar con l' armonia delle voci il suono dell' onde.

Impetum irae Joannes Boccaccius his verbis mirifice exprimit:

Riprenderannomi, morderannomi, lacererannomi costoro.

Et alio loco, in quo Mitridanem inducit ferro Natanum aggredientem:

E presolo per la benda, la quale in capo avea, disse:
Vegliardo, tu se' morto.

Quibus verbis postremis nemo est, qui non sentiat magnam irae vim. Nec minori arte, et numerorum gratia adolescentiae vivacitatem, pulchritudinis brevem splendorem, senectutisque tristitiam Daniel Bartolus efficax cujuscumque rei pictor expressit.

La bellezza è uno sprazzo di splendore in faccia, un riverbero di baleno, che sguizza e sparisce in un baleno; la gioventù un bollore, un orgoglio, un frizzo, un ardimento di spiriti nell' età più vivace: la canutezza una sera malinconiosa per lo tramontar della vita da un brieve dì a una notte, dietro alla quale mai non s' aggiorna.

Franciscus Guicciardinus denique in historia Italica lib. 17 cap. 3. moestitiam et aegritudinem urbis Mediolani ita describit, et numeri virtute in animos legentium aegritudinem quamdam, moestitiamque inducit.

Era sopra modo miserabile la faccia di quella Città, miserabile l' aspetto degli uomini ridotti in somma mestizia, e spavento, cosa da muovere estrema commiserazione, ed esempio incredibile della mutazione della fortuna a quegli, che l'avevano veduta poco innanzi pienissima di abitatori; e per la ricchezza dei cittadini, per il numero infinito delle botteghe, ed esercizii, per l' abbondanza, e delicatezza di tutte le cose appartenenti al vitto umano, per le superbe pompe, e sontuosissimi ornamenti così delle donne come degli uomini, e per la natura degli abitatori inclinati alle feste, e ai piaceri, non solo piena di gaudio, e di letizia, ma floridissima e felicissima sovra tutte le altre città d' Italia; ed ora si vedeva restata quasi senza abitatori per il danno gravissimo, che vi aveva fatto la peste, e per quegli, che si erano fuggiti, e continuamente si fuggivano:

gli uomini e le donne con vestimenti inculti e poverissimi: non più vestigio, e segno alcuno di botteghe, o di esercizii, per mezzo de' quali soleva trapassare grandissima ricchezza in quella città, e l'allegrezza, ed ardire degli uomini convertito tutto in sommo dolore, e timore.

CAPUT IV.

DE NUMERO POETICO.

Quisnam est Numerus poeticus?

R. Est qui aliquando ex arte et industria, syllabis brevibus vel longis sine illa, quam dixi, mixtura coacervatis, rei, de qua agitur, vel celeritatem, vel tarditatem, vel sonum exprimit, et oculis quodammodo subjicit.

Quid differunt inter se Numerus oratorius et poeticus?

R. Differentiam notavit Aristoteles his verbis: in oratione prorsa rhytmum esse convenit, non metrum: si enim metrum haberet, poema foret; rhytmus vero a metro differt, quod alter nulla mensura, alter certis ligatus mensuris arte procedit. Differt etiam, quod numerus oratorius magis permulcendis auribus et tentandis affectibus, poeticus rerum descriptioni magis inservit. Ille posthabita pedum ratione, ut diximus, versum enim in oratione fieri absurdum est; hic pedum ratione adhibita. Poetici numeri harmonia exquisita et canora: oratorii dissimulata latensque. Quare de poetico non esset hujus loci disserere: nihilominus oblectamenti gratia nonnulla de hoc etiam attingemus, et nunc illustriorum poetarum exemplis illustrabimus.

Affer, quaeso, nonnulla exempla ex latinis poetis.

R. Ennius ille maximus ingenio, rudis arte, ex cujus versibus Virgilius gemmas collegit, ita currentis equi celeritatem depinxit, ut videas equitem voce ac stimulis ad cursum agitantem, et pedum sonitum audias:

It eques, et ploso cava concutit ungula campum.

Quem locum luculentissime Maro imitatus est in hoc versu pueris etiam noto:

. . . . It clamor, et agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Festinationem, et velocitatem quamdam ita expressit:

Vade, age, nate, voca zephyros, et labere pennis.

Placidum cursum Neptuni per mare oculis percipis, cum Virgilius ita describat:

Atque rotis summas levibus perlabitur undas.

Quis est, dummodo humanas aures habeat, qui non sentiat casum bovis, hoc Virgilii loco?

. . . . Procumbit humi bos.

Quis non videt navim fluctibus absorptam?

. . . . Ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.

Cunctationem Fabii versu pene dicam cunctanti Ennius expressit:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Virgilius Sinonem in Priami conspectum inducit sensim collustrantem oculis sive timore, sive suspicione aliqua Trojanos, et uno verbo lentum animi oculorumque ejus motum ad veritatem effingit.

Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.

Tarditatem imitatus est hoc versu:

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras.

Loci solitudinem et maestitiam, spondeorum continuatione est assecutus.

Et caligantem nigra formidine lucum.

Apta vero pedum mixtura laetitiam et amoenitatem, cum ait:

Devenere locos laetos et amoena vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.

Vocem singultibus impeditam habemus in hoc versu:

Et via vix tandem voci laxata dolore est.

Audis gemitus, et foeminarum ululatum hoc versu:

Lamentis gemituque et foemineo ululatu.

Adventantis noctis tenebras quasi vides:

Vertitur interea coelum, et ruit oceano nox.

Cyclopum labores versus hic tibi refert:

Illi inter sese multa vi brachia tollunt.

Remigantium nautarum impetum, naviumque velocitatem dactylorum celeritas depingit.

Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora, prosiluere suis: ferit aethera clamor
Nauticus.

Laetitiam et hilaritatem haec verba sonant:

. . . . Juvenum manus emicat ardens
Litus in Hesperium . . . .

Et, ut exemplis finem imponam, vim et impetum ventorum imitatus est Virgilius dicens:

Qua data porta ruunt, et terras turbine perflant.

Nonne et Poetae Italici hanc virtutem pingendi numeris sunt assecuti?

R. Aedepol assecuti, ut facile exemplis patebit. Naufragi litus appetentis anhelitum et anxietatem habes in hoc Aligherii tristico:

E come quei che con lena affannata
Uscito fuor del pelago alla riva
Si volge all' acqua perigliosa e guata.

Tumultum et clamorem inferni, strepitumque gemitumque quonam melius modo poterat verbis et numeris Graecus sive Latinus referre?

Quivi sospiri, pianti ed alti guai
Risonavan per l'aer senza stelle,
Perch'io al cominciar ne lagrimai;
Diverse lingue, orribili favelle,
Parole di dolore, accenti d' ira,
Voci alte, e fioche, e suon di man con elle,
Facevano un tumulto, il qual s' aggira
Sempre in quell'aria senza tempo tinta,
Come l' arena, quando il turbo spira.

Venti horrendum in modum desaevientis impetum habes in sequentibus tristicis:

Non altrimenti fatto che d'un vento
Impetuoso per gli avversi ardori,
Che fier la selva, e senz'alcun rattento
Li rami schianta, abbatte e porta fori,
Dinanzi polveroso va superbo,
E fa fuggir le fiere, e li pastori —

Casum corporis vita functi videbis, cum legas:

E caddi come corpo morto cade.

Moestitiam loci animo oculisque concipis legens:

Bujo d'inferno, e di notte privata
D'ogni pianeta sotto pover cielo
Quant' esser può di nuvol tenebrata.

Metum exprimit;

Io venni in loco d'ogni luce muto.

Animi dolentis aegritudinem et maestitiam exprimit:

Farò come colui che piange e dice.

Iram indignationemque:

Parlare e lagrimar vedrai insieme.

Torquatus denique, noster Homerus nosterque Maro, sequentibus versibus tubae sonitum mirifice significat:

Chiama gli abitator dell'ombre eterne
Il rauco suon della tartarea tromba:
Treman le spazïose atre caverne,
E l'aer cieco a quel rumor rimbomba:
Nè stridendo così dalle superne
Regïoni del cielo il folgor piomba:
Nè sì scossa giammai trema la terra,
Quando i vapori in sen gravida serra.

Estne aliquid exemplis addendum?

R. Illud prorsus addendum est, haec a nobis non ideo tractari, ut oratio quae fieri debet ac fluere, dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis consenescat. Nam id (ut Fabii verbis utar) tum miseri, tum in minimis occupati est. Neque qui totum in hac cura consumpserit, potioribus vacabit: siquidem relicto rerum pondere, ac nitore contempto, *tesserulas struet*, ut ait Lucilius, *et vermiculatae inter se lexeis committet.*

Satis igitur in hoc res componit scribendi exercitatio, et studium optimorum. Sed de his hactenus; nunc ad majora veniamus.

CAPUT V.

QUIBUS REBUS CONFICIATUR ORATIO.

Quibus rebus Oratio conficitur?

R. Ut omnis periodus membris et incisis, ita periodis tota oratio constat. Continetur itaque textura quadam, seu coagmentatione periodorum inter se nexu quodam colligatorum et cohaerentium omnis oratio.

Quomodo inter se colligantur Periodi, ut orationem effingant?

R. Uti incisa et membra periodi inter se colligantur, ita totum orationis corpus particulis quibusdam, veluti ligamentis, et nexibus, quibus periodi inter se vinciuntur, cohaerent. A Grammaticis conjunctiones appellantur.

Quid est Conjunctio?

R. Ea est, quae conjungit in unum, et copulat caeteras orationis partes. Ut enim corpus humanum articulis, ita corpus orationis conjunctionibus connectitur, et ordinatur. Conjunctionum vero species variae sunt, ut Grammatici docent: aliae *Copulativae*, ut *ac, atque, et, que*. *Disjunctivae* aliae ut *vel, ve, sive, seu, aut, ne*. *Adversativae* quaedam ut *etsi, tametsi, quamquam, quamvis*. *Collectivae* sive *Illativae* seu *Rationales*, exempli gratia: *ergo, igitur, quare, quocirca, quapropter, quamobrem, itaque*. Nonnullae *Causales* ut: *namque, siquidem, quia, quoniam, enim, etenim, quod, propterea quod*. Aliae denique *Expletivae* v. g. *quidem, equidem*. Sed de his consulendi sunt Grammatici. Nos hoc unum addemus conjunctiones alias esse *praepositivas* sive

principes, quae in oratione praeeunt v. g. *etenim, nam, ac, atque, at, ast, nec, neque, nisi:* alias *subjunctivas* ab hoc dictas quod subeunt, ut hae: *ve, quae, ne, quidem, quoque, autem, vero, enim:* alias denique *communes* sive *medias* quae et praeeunt, et subeunt ut: *ergo, igitur, itaque, equidem.* His nexibus periodi annectuntur, et oratio tota componitur.

De conjunctionibus latini sermonis satis teneo: nunc velim aliquid de Italicis diceres.

R. Accipe. Conjunctiones Italici sermonis variae sunt ut Latini, aliae enim causales v. g. *perchè, imperciocchè, conciosiacosachè, acciocchè, affine, affinchè, a cagione, per, poichè, posciachè.* Aliae suspensivae ex. gr. *Se, purchè, sì veramente, ogni volta che, ancorchè, datoche, con questo però, se mai.* Negativae aliae ex. gr. = *No, non, non già, anzi, nè.* Aliae exceptionem indicant veluti: *fuori, infuori, fuorchè, impoi, se non, eccetto, eccettuato.* Nonnullae declarant, veluti; *cioè, bensai, ben sapete*; quamvis postremae hae formulae declarationis magis quam conjunctiones sint appellandae. Copulativae sunt aliae ut; *e, ancora, anche, similmente, eziandio, altresì:* quaedam adjunctivae: v. g. *inoltre, oltrechè, oltreacciò, appresso, ancora, altresì, di più:* quaedam disjunctivae veluti *o, ovvero, se, ne.* Adversativae sunt, *pure, nondimeno, non pertanto, benchè, ancorchè, quantunque, comechè, perchè, se non, per questo, però.* Electivae, *anzi, innanzi, prima, piuttosto, meglio, piucchè, più volentieri, anzi che nò.* Diminutivae, *pure, almeno, solamente, solo, nonchè tanto, non meno.* Conclusivae denique sunt, *dunque, adun-*

que, pertanto, perciò, per la qual cosa, onde, laonde, tantochè, insomma.

Unde disci potest conjunctionum utriusque linguae usus ?

R. Si quis cupiat usum conjunctionum dignoscere, aureos utriusque sermonis libros assidue legat, et notet. Notando enim quae legimus, magis quam multas regulas discendo, scribendi laudem obtinebimus. A Grammaticis, ut antea dictum est, multa de conjunctionibus scire possumus, quae nunc sunt praetereunda. Nobis enim satis erit in memoriam tyronum revocare, hasce conjunctiones orationem in unum veluti corpus coagulare, illamque ita vinctam vigere. Nulla potest oratio concinnitatem et perspicuitatem assequi, nisi ab his nexibus opportune, et apte vinciatur. Nam ut corpus si laboret articulis, ita oratio si conjunctionibus laboret inepta est, et obscura.

Potestne alia ratione connecti Oratio ?

R. Potest: cum periodis periodos colligamus per Pronomina, Participia, et Gerundia, a quibus interdum Periodus cum quadam venustate initium sumit in sermone utriusque linguae. Solet enim dici = *Cogitanti mihi; Animadvertenti mihi = Pensando io; Considerando io = Quae cum ita sint; Haec ut dixi = Le quali cose essendo così; Quelle cose che ho detto* = Veteres Itali scriptores etiam multa simplicitate et venustate interdum exordium periodi consequentis faciunt, cum *relativo*, ex gr: = *Il quale essendo venuto a morte = La quale virtù ove sia messa in pratica, etc.* Hactenus de his: nunc de tropis et figuris, quibus oratio illustratur, nobis haud paucis est tractandum.

CAPUT VI.

DE TROPIS.

Postquam de Compositione Orationis disseruimus, quid nobis dicendum superest?

R. De ornatu sermonis. Non enim sat est apta periodorum et conjunctionum et numerorum compositione connectere et fingere, sed ornatu quodam verborum, et sententiarum recreanda et illustranda oratio est. A consueto enim simplicique loquendi genere non numquam deflectere virtus habetur, quae nos a vulgari sermone defendit, et quotidiani semperque eodem modo formati fastidium levat jucunda novitate.

Quibus rebus praecipue exornatur Oratio?

R. Dicemus orationem praecipue exornari tropis, figuris verborum, et sententiarum, et amplificatione. His quasi quibusdam veneribus ac propriis luminibus oratio illustrata, et commodius mentem auditorum ferit, et in affectus veluti faciliore aditu patefacto cum jucunditate intrat. Quare de iis omnibus breviter dicemus.

Quid est Tropus?

R. Tropus est verbi, vel orationis e propria significatione in alienam immutatio, cum virtute ac dignitate; ut cum dicitur, *mulus* pro *stupido*; vel *laterem lavare*; pro *frustra laborem suscipere*, instar laterem lavantis. Ista porro immutatio sive conversio fit cum virtute ac dignitate, hoc est ad addendum orationi pondus majoremque illi venustatem, et dignitatem conciliandam. Porro tropus sic appellatur a voce graeca τρεπω verto; ut ad verbum *Inversionem* sonet.

Ricordati che fece il peccar nostro
Prender Dio per scamparne
Umana carne al tuo *virginal chiostro.*

Quid animadvertendum est in usu Troporum?

R. Hoc primum; non omnem tropum unicuique orationis generi convenire, audacioresque a Poetis magis quam ab Historicis et Oratoribus solere usurpari. Est ergo quidam delectus habendus, nec indiscriminatim in orationem immittendi sunt. Secundo non arte nimioque studio coacervandi sunt, sed apte adhibendi ut non vi, sed sponte venisse videantur = Verecunda, ait Cicero, debet esse translatio, ut deducta in alienum locum non irruisse, atque voluntarie, non vi venisse videatur. = Quod quamvis praecipue de metaphora dictum sit, tamen omnibus tropis commode potest applicari.

Quot sunt Tropi?

R. Tropos, quorum alteri verborum, alteri orationis, sive sententiarum sunt, dicemus esse undecim. Verborum sunt 1. *Metaphora*, 2. *Synecdoche*, 3. *Metonymia*, 4. *Catachresis*, 5. *Metalepsis*, 6. *Antonomasia.* Orationis sive sententiarum sunt. 1 *Allegoria*, 2. *Ironia*, 3. *Sarcasmus*, 4. *Hyperbole*, 5. *Periphrasis.* Nunc singulos singillatim persequemur.

§. 1.

De Tropis verborum, et primum de Metaphora.

Quid est Metaphora?

R. Metaphora, seu Translatio est tropus, quo vox aliqua a propria significatione ad alienam transfertur ob similitudinem. Ut cum ait Tullius ad Caesarem:

Parietes hujus curiae tibi gratias agere *gestiunt.*

Vox illa *gestire*, quae est hominis propria, transfertur ad parietem cujus non est propria sed cum quo tamen habet hoc loco quamdam similitudinem et affinitatem.

Quomodo fit Metaphora?

R. Quatuor praecipua capita Quintilianus enumerat, ad quae omnes Metaphorae commode possunt revocari.

1. Fit Metaphora, cum a re quapiam animata ad rem aliam animatam verbum transferimus: ut cum ait Titus Livius:

Scipionem a Catone solitum *allatrari,*

quae vox *allatrari*, cum propria sit solius canis, tribuitur tamen homini non inconcinne. Ita Dantes noster:

Bruto con Cassio nell'Inferno *latra.*

2. Metaphora fit, quum inanima pro aliis inanimis ponuntur, ut *habenae* pro *gubernaculo: frenum* pro *lege: vinculum* pro *communitate:* ut si dicas cum Tullio;

hic orationis *vela* contrahamus:

Et cum Virgilio:

classique *immittit habenas.*

Ita Aligherius de Italia locutus dixit;

Che val, perchè ti racconciasse il freno
Giustinïano, se la sella è vôta?

3. Cum inanima transferuntur ad animata; ut cum ipsa civitatis lumina extincta dicuntur in morte praestantium virorum, ut cum ait Catullus:

O qui flosculus es juvenculorum.

Et Virgilius:

Scipiadas duo fulmina belli.

Et Petrarca :

E due folgori seco di battaglia
Il maggior, e il minor Scipio Africano.

4. Denique praecipuam quamdam venustatem habet, cum rebus inanimis, sensuque carentibus, sensum quemdam animosque, ac veluti vitam damus, ut cum ait Virgilius;

Pontem indignatus Araxes.

Sic etiam Cicero pro Ligario:

Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cujus latus mucro ille petebat? qui sensus erat armorum tuorum?

Et Dantes noster:

Lo bel pianeta che ad amar conforta
Faceva rider tutto l'Oriente.

Quaenam sunt Metaphorae praestantiores?

R. Quamvis nobis satis est meminisse cum Fabio Metaphoram debere aut vacantem locum occupare, aut si in alienum venerit plus valere eo, quod expellit: tamen praestantiorem eam esse fatebimur, quae prompta aptaque similitudine nititur, remque in actu ostendit. In actu est Metaphora, atque ita vocatur, eo quod res inanimes aliquid agentes inducat, tamquam animo, et sensu praeditas, ita ut inanimis rebus animam sensumque addere videatur, quod plurimum delectationis affert, ut supra breviter attigimus. Quare praestabit dicere cum Virgilio, et Horatio:

Prensantemque uncis manibus *capita* ardua montis.
Et - lapidosos *surgere* montes - jussit.

quam *verticem*, et *esse* jussit. Eodem modo praestabit dicere — *humeros atlantis duri*, — quam juga: et — *pallor in ore sedet* — quam est: et — *saxa Usticae cubantis* — quam positae in valle: et cum Tibullo

At scelerata *jacet* sedes in nocte profunda,

quam *est*. Melius est cum Horatio ita loqui

Amnis . . . *doctus* iter melius;
Palus . . . grave *sentit* aratrum,

quam amnis commodiore cursu defluit, et palus jam fertilis est.

Et cum Aligherio:

Siede la terra dove io nata fui.

et alibi:

Siede Peschiera bello e forte arnese;

quam *est*:

Ditene dove la montagna *giace*.

quam, ubi facilior ascensus sit. Sic etiam:

Guardai in alto e vidi le sue *spalle*
Vestite già dei raggi del pianeta.

Cum enim dixit humeros montis splendore solis quasi veste indutos, vitam quamdam attribuit, quod non esset si dixisset se vidisse juga montis radiis solis illustrata.

§. II.

Quid vitandum sit in Metaphora.

Quaenam Metaphorae dicuntur vitiosae?

R. 1. Vitiosae dicuntur Metaphorae illae, quae rei de qua agitur, minime sunt aptae. Si Orator dicat *volucres pennis remigare*, vel *uti remigio alarum*

minus apte dicet: haec enim Metaphora omnino poetica est. Si quis diceret etiam *quercus auritas temere secutas Orphea canentem*, improprie diceret; dixisse enim par erat *audientes* quod *auritas* solius rei poeticae sit. Aequali modo si dicas de Euro,

Eurus per siculas *equitavit* undas

improprie dicas. Quamvis hoc loco inconsiderate plerique notant Horatium: nam non ille dixit, *Eurum equitasse per siculas undas*, sed *dirum Afrum per urbes Italiae*. In verbo *equitare* imago est potior percurrentis, secunda insidentis in equo. Quaenam igitur alterius similitudinis servanda? Potior certe. Quod si ita res se habet, Lyricorum princeps cursum equitantis, non equum Annibalis, celeritatis significandae gratia *igni per taedas currenti et Euro per siculas undas* comparavit. Equus uni Annibali concedatur, velocitatis cursus igni et Euro, et omnia erunt opportunissime dicta. Ita vitiosum esset in prorsa oratione Italica dicere cum Aligherio;

Per correr miglior acqua alza le vele
Omai la navicella del mio ingegno.

debuerat enim simpliciore modo dici *mitius argumentum aggredior*.

2. Vitiosae dicuntur Metaphorae, quae humiliores sunt, sordidaeque, et ab re quapiam abjecta deformique desumptae. Tales sunt istae, quas Tullius, et Quintilianus damnant = *Stercus curiae Glaucia* = *Saxeae mundi verrucae* (idest montes). Horatius quoque ob eamdem causam notavit versum illum cujusdam Marci Furii Bibaculi:

Juppiter hybernas cana nive *conspuit* alpes.

Quid est enim sordidius atque turpius quam Me-

taphoram a sputo mutuari? Et Casa noster jure merito reprehendit Aligherium quod dixerit.

E lascia pur grattar dov' è la *rogna*.
. . . . e vedervi
S' avessi avuto di tal *tigna* brama
Colui potei . . . . . .

3. Vitiosae sunt Metaphorae duriores, quod similitudo rei, a qua desumuntur, difficile patet; vel longius accersitae, quod non omnibus similitudo patet: ut si dicas *Syrtim patrimonii, Carybdim bonorum*, non omnibus enim liquet voragines esse, quae omnia absorbent. Ita vitiosum esset dicere;

Scorrer tutto il *zodiaco* degli onori

nam non omnibus notum est zodiacum solis esse annuum cursum, ita ut illa elocutio reddat sententiam hanc liquidam, *Cursum honorum implevit*. Pariter;

La *calamita* sei de' cuor gentili.

Non omnes enim sciunt virtutem attrahendi ferrum magneti inesse: nec in promptu est similitudo hominis sibi captantis propria virtute omnium benevolentiam. Sunt qui duriores et audaciores Metaphoras mollire, et mitigare conentur his vel similibus vocabulis = *Ut ita dicam* = *quasi* = *ferre* = *pene dixerim* = quod nonnumquam valet: sed saepius absurditatem auget, scriptorisque inertiam ostendit.

4. Absurda videtur etiam illa Metaphora, in qua proprius sermo cum translatione conjungitur: ut si diceres;

Scipiadas, duo fulmina belli in acie *equitasse*, vel in Capitolio *triumphasse*.

Quid enim fulmen cum equo et cum triumpho?

Vel si Italice dicas;

Batti le penne a volo
Che scriver degnamente
Puote la penna solo
Che fu temprata in ciel.

nihil enim volatus cum scriptione inter se commune habent. Vitiose etiam dixeris.

Il bastone della mia vecchiezza è *morto*, il fiore della mia giovinezza è *tramontato.*

5. Vitiosa et Metaphora est quae sibi non constat, et res omnino dissimiles et contrarias inter se conjungit; ut qui diceret:

flumen ingenii animos *inflammare.*

nihil enim inter se conveniunt flumen et flamma. Ita Petrarca noster peccavit in hoc carmine:

Se amore e morte non dà qualche stroppio
Alla tela novella, ch' ora ordisco . . . .
Io farò forse il mio lavor sì doppio
Tra lo stil de' moderni, e il sermon prisco,
Che paventosamente a dirlo ardisco,
In fino a Roma n' udirai lo scoppio.

Disjunctae enim sunt nimisque dispares inter se Metaphorae istae modo a texendo, modo a tonitru desumptae. Nam ut Fabius docet, id in primis est custodiendum, ut quo ex genere caeperis translationis, hoc desinas. Multi enim cum initium a tempestate sumpserint, incendio et ruina finiunt, quae est inconsequentia rerum foedissima.

6. Vitiosae habentur et illae, quae res vel nimis exaggerant, vel nimis attenuant; nam translatum non debet majus esse quam res postulet: male ergo diceres *tempestatem comessationis*, vel *comessatio-*

nem tempestatis pro tumultu. Nolo enim esse verbum angustius, nec laxius proprio. Bene et pulchre ita vivam dictum est;

E le biade ondeggiar come fa il mare.

Sed male et inficete quod angustior esset Metaphora,

Ed il mare ondeggiar come le biade.

Quare jure merito Tullius Ennium reprehendit quod dixisset,

Coeli ingentes fornices.

Angustior enim etsi a similitudine deducta haec metaphora est.

7. Non sunt denique Metaphorae ita producendae, ut Allegoriae fiant: hoc magnum quoque vitium erit: nam scriptorem in nugas facile ducent. Sed de his hactenus.

§. III.

De Synecdoche.

Quid est Synecdoche, et quot modis fit?

R. Synecdoche, quae et *Intellectio* dicitur a latinis, est tropus apud Oratores aeque atque Poetas valde usitatus, et tritus. Fit autem octo modis.

1. Cum pars ponitur pro toto v. g. *mucro pro ense; tectum pro domo; puppis vel carina pro navi integra:* ita Virgilius Aeneid. 2.

Non anni domuere decem, non mille carinae.

Est autem *carina* ima pars navis. Sic etiam hominis anima saepe usurpatur pro homine ipso. Ita Tullius:

Vos, meae charissimae animae, saepissime ad me scribite.

Eodem refer vulgares illas locutiones, quibus *Unus* accipitur pro *pluribus*, ut cum dicit Virgilius:

Hostis habet muros;

ita Dantes dixit;

Rispose lui con vergognosa fronte:
Riverente mi fe le gambe e il ciglio.

2. Fit Synecdoche, cum totum usurpatur pro parte: ut in hoc decantato Virgilii versu:

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:

et rursum Aeneid. 1.

. . . fontemque ignemque ferebant.

Ubi *fons* accipitur pro parte fontis. Huc pertinet etiam cum *plures* usurpatur pro *uno;* ut cum ait Tullius:

Nos populo imposuimus, et Oratores visi sumus.

licet de se tantum loquatur.

Et Petrarca noster;

Come il fredd' anno oltre l'ondoso mare
Caccia gli augelli.

3. Synecdoche fit, cum materia, ex qua facta res est, accipitur pro re ipsa v. g. *ferrum* pro *gladio*, *pinus* pro *navi*, *argentum* pro *pecunia*, quae fit ex argento. Ita in Tibullo legimus;

Nondum caeruleas pinus contempserat undas.

Et in Petrarca:

Non la bella Romana che col ferro
Aprì il suo casto, e disdegnoso petto.

4. Fit Synecdoche, cum vel species sumitur pro genere, vel genus pro specie, ut Eurus, vel Aquilo, pro quolibet vento; Sabellicus sus, pro quolibet sue;

Myrtoum vel Carpathium mare pro mari quocumque. Sic Maro;

Dentesque Sabellicus exacuit sus.

Ita Juvenalis pro quolibet homine frugi, Curium appellat.

Qui Curios simulant, et Bacchanalia vivunt.

Contra vero genus usurpabitur pro specie, si dicatur cum Virgilio *ales* pro *aquila;*

. . . . Praedamque ex unguibus *ales*
Projecit fluvio.

Et alibi *Quadrupes* pro *cervo;*

Saucius et quadrupes nota intra tecta refugit.

Et Petrarca noster ut aquilam significaret:

E fui l' augel che più per l' aer poggia.

Et Tassus ut tigrem significaret, hircanam tigrem designavit:

E le mamme allattar di *tigre ircana.*

5. Fit Synecdoche quum pluralem numerum pro singulari adhibemus; ita Tullius in lib. 2. de Oratore:

Fabricios mihi auctores, et Africanos, Maximos, Catones, Lepidos protulisti:

et Areostus:

Crudel secolo, poi che pieno sei
Di Tiesti, di Tantali, e di Atrei.

6. Contra fit Synecdoche quum pro numero plurali singularem ponimus. Ita Tullius:

Ut ab Samnite hoste tuta haec ora esset, quam nunc non vicinus Samnis urit, sed Poenus advena.

Et Petrarca:

Ma se il Latino e il Greco
Parlan di me dopo la morte, è un vento.

7. Fit Synecdoche quum numerus certus ponitur pro incerto; ita Virgilius;

Mille trahit varios adverso sole colores.

Et Petrarca:

L'erbetta verde e i fior di color mille.

8. Fit Synecdoche denique quum antecedentia pro consequentibus ponuntur, ut Virgilius in Eclogis;

Et jam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbrae.

quae omnia noctem antecedunt.
Et Petrarca ut antecedentia significaret consequentibus utitur hoc loco:

Quando il pianeta che distingue l'ore
Ad albergar col Tauro si ritorna,
Cade virtù dalle infiammate corna
Che veste il mondo di novel colore.

quamquam hic Synecdoches modus, ut verum fatear, melius ad Periphrasim, quam ad Synecdochem pertinere mihi videatur.

Num temere haec in sermone usurpanda sunt?

R. Minime: non enim semper conducit partem pro toto vel totum pro parte, speciem pro genere, genus pro specie ponere, sed nobis animadvertendum est translationes ad movendos animos, et res signandas, et pene sub oculos subjiciendas usurpari. Quare si partem subjicere oculis praecipue volumus, partem non totum sumemus. Non belle esset dicere *submersas obrue naves*, ridicule esset, *submersas obrue proras*.

Synecdoche variare potest sermonem, inquit Fabius, sed omnia ejus genera sunt liberiora poetis,

quam oratoribus. Valebit in orando numerorum libertas (nempe pluralis et singularis numeri): nam et Livius saepe sic dicit,

Romanus praelio victor,

cum Romanos vicisse significat: et contra Cicero ad Brutum, ut antea diximus, *Populo*, inquit, *imposuimus*, et *Oratores visi sumus*, cum de se tantum loqueretur. Quod genus non orationem modo ornat, sed etiam quotidiani sermonis usus recipit.

§. IV.

De Metonymia.

Quid est Metonymia et quot modis fit?

R. Metonymia, quae etiam *Denominatio* vocatur, ea est, quae a propinquis et finitimis rebus trahit orationem qua possit intelligi res, quae non suo vocabulo sit appellata. Fit autem modis septem.

1. Cum causa ponitur pro effectu, ut in Virgilio:

Invadunt urbem somno vinoque sepultam
Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.

Et Petrarca;

E di bianca paura il viso tinge.

2. Cum effectus sumuntur pro causis, ut scelus pro scelerato ipso: ita Comicus:

ubi est scelus ille qui me perdidit?

Et Virgilius:

Luctus et ultrices posuere cubilia curae,
Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.

Et Dantes:

. . . . e per la mesta
Selva saranno i nostri corpi appesi.

Angelus Politianus etiam dixit,

E il cieco errore or qua or là svolazza.

3. Fit cum res, quae continet, usurpatur pro re contenta, ut Roma pro Romanis, coelum pro coelestibus, terra pro terrae incolis. Huc pertinet illud Ciceronis:

Mei capitis servandi causa Romam uno tempore, quasi signo dato, *Italia cuncta* convenit.

Et Virgilius:

. . . . ille impiger hausit
Spumantem pateram, et pleno se proluit auro.

Et Aligherius:

Cristo ne liberò colla sua *vena*.

Etiam Petrarca dixit:

S' *Africa* pianse, *Italia* non ne rise.

4. Cum instrumenta rerum nominantur pro rebus ipsis; ita est apud Curtium:

Haud rudis grecae linguae Darius erat.

Et Cicero:

In his linguis, quas non intelligimus, surdi sumus.

Et alio loco:

Cum caetera scelera *stylo illo impuro* Sextus Clodius conscripsisset.

Et Virgilius de Camilla:

. . . . non illa colo calathisve Minervae.
Foemineas assueta manus.

Et de Clorinda magnus ille noster Torquatus:

Ai lavori d' Aracne, all' ago, ai fusi
Inchinar non degnò la man superba.

5. Cum protector aut possessor aut rerum inven-

tor ponitur pro re protecta, aut possessa, aut inventa; et imperator pro exercitu. Sic enim dicimus *ab Annibale apud Cannas caesa fuisse sexaginta Romanorum millia*, hoc est, ab Annibalis exercitu. Ita Virgilius:

. . . . Jam proximus ardet
Ucalegon:

hoc est, domus proxima Ucalegontis; et alibi,

Tum *Cererem* corrupta mundis *cerealiaque* arma
Expediunt;

id est, fruges corruptas: etiam alio loco,

Bacchus amat colles: Aquilonem et frigora taxi;

hoc est vitis, cujus inventio Baccho tribuitur. Petrarca noster ait:

. . . . ed ha fatti suoi dei
Non Giove, e Palla, ma Venere e Bacco:

Et alio loco;

. . . . e i cor che indura e serra
Marte superbo e fiero . . . .

denique ut Fabium Maximum significaret,

. . . . colui
Che con arte Anniballe a bada tenne.

6. Cum attributum usurpatur pro subjecto, quod fecit in secunda Catilinaria Marcus Tullius dicens:

Cum ignavia, cum luxuria, cum amentia nobis certandum est;

hoc est cum ignavis, cum luxuriosis, cum amentibus. Et Virgilius;

Accipe nunc Danaum insidias et *crimine ab uno*
Disce omnes.

et Phaedrus in Fabellis;

Verum est aviditas dives, et pauper pudor.

Et quidam noster,

Rado il suo premio la modestia coglie.

7. Denique cum signum usurpatur pro re significata, ut oliva pro pace, fasces pro magistratu: ita Cicero pro Marcello;

Semper mea consilia pacis, et *togae* socia, non belli et armorum fuerunt:

Et alio loco;

cedant arma *togae*, concedat laurea linguae.

Et Virgilius;

Illum non populi *fasces*, non *purpura regum*
Flexit.

et Dantes;

E com' a messagier che porta *ulivo*
Tragge la gente per udir novelle . . . . .

et Albertus Lollius in Oratione ad Carolum V. *Aquilam* et *Lilia* pro Imperatore Germanorum, et Francorum rege ponit.

Questo sarà quel lieto e felicissimo giorno, in cui l' *Aquila* e i *Gigli* spiegheranno le fortunate vincitrici e gloriose insegne loro a beneficio ed esaltamento della cattolica fede.

Huc refer cum haec vox *nomen* ponitur pro re ipsa: ita Livius lib: 1.

Ad singula oppida circumferendo arma, *nomen* omne Latinum domuit.

Est etiam, ait Fabius, huic tropo quaedam cum Synecdoche vicinia: nam quum dico *vultus hominis* pro vultu, dico pluraliter, quod singulare est: sed

. . . . magnanimusque Anchisiades
Hinc erat oppositus, contra Telamonius heros.

Et Dantes Herculem ab Alceo avo materno Alcidem dixit;

Alcide
Quando Jole nel cuore ebbe racchiusa.

Et Chiabrera Italorum Pindarus et Anacreon;

Qual non fè scempio sanguinoso acerbo
L' aspro cuor dell' Eacide superbo.

Achilles enim Aeaci nepos fuit.

2. Fit cum a patria nomen ducimus: ita Virgilius:

Notior ut jam sit canibus non *Delia* nostris:

Dianam appellans a Delo patria; ita alio loco Apollinem appellavit Cynthium a monte Cyntho;

Cum canerem reges et praelia, *Cynthius* aurem
Vellit et admonuit.

et Catullus;

Intonsum, pueri, dicite Cynthium.

et Petrarca pro nomine Annibalis nomen patriae usurpavit dicens;

Vidi oltre un rivo il gran Cartaginese.

3. Fit cum ponitur pro nomine proprio epiteton: ita Virgilius;

Arma viri thalamo quae fixa reliquit
Impius

et Petrarca Archimedem Geometrae nomine indicavit.

Vidi dipinto il nobil Geometra.

4. Fit usurpando nomen proprium pro appellativo, ut siquis pro diserto oratore Demosthenem diceret. Ita Cicero pro Sexto Roscio;

Non suis manibus in curru collocat Automedontem illum sui sceleris acerbissimi, nefariaeque victoriae nuncium?

Ubi Glauciam nominat Automedontem, velocissimum Achillis aurigam ex celeritate, qua iter confecit. Ita Ugo Foscolus, ut Parinium, qui in illo suo poemate (*Il Giorno*) luxuriam suorum temporum insectatus est, indicaret, dixit:

I canti, ... Che il Lombardo pungean Sardanapalo.

5. Fit denique, cum pro qualitate nomen alicujus populi, aut gentis, cui illa tribuitur, ponimus; ut si diceres;

Grecia non v'è, ma Greci son per tutto.

idest homines fraudulenti, ut Graeci erant.

§. VIII.

De Tropis sermonis sive sententiarum, De Allegoria.

Quid est Allegoria?

R. Allegoria est Metaphorarum continuatio seu figura, qua aliud verbis dicitur, aliud reipsa intelligitur: unde non absurde vocatur *Diversiloquium* quod nimirum aliud dicatur, aliud sentiatur.

Hujusmodi est insignis illa Ciceronis in Pisonem Allegoria.

Neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus, ac fluctibus, reipublicae navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuae nubeculam, aut collegae tui contaminatum spiritum perhorrescerem. Alios ego vidi ventos; alias prospexi animo procellas; aliis impendentibus tempestatibus non cessi; sed unum me pro omnium salute obtuli.

Illustris est et omnibus nota illa Horatii Ode Allegorica de bello civili lib. 1.

O navis, referent in mare te novi
Fluctus. O quid agis? Fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus,
Et malus celeri saucius Africo,
Antennaeque gemant? ac sine funibus
Vix durare carinae
Possint imperiosius
Aequor? Non tibi sunt integra lintea,
Non Dî, quos iterum pressa voces malo:
Quamvis Pontica pinus,
Silvae filia nobilis,
Jactes et genus et nomen inutile;
Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit. Tu, nisi ventis
Debes ludibrium, cave.
Nuper sollicitum quae mihi taedium,
Nunc desiderium, curaque non levis,
Interfusa nitentes
Vites aequora Cycladas.

In hac eximia Allegoria, navim pro Republica; fluctus pro civili bello; portum pro pace concordiaque; remigium pro militibus; nautas pro Magistratibus; malum pro praecipuis ducibus usurpat Horatius, et ab initio ad finem egregie sibi constat; quod in Allegoria praecipuum est.

Profer exempla italica.

R. Joannes Casa ita allegorice tyrannidem describit:

Questa pessima e crudelissima fiera è superba in vista, e negli atti crudele, ed il morso ha ingordo e tenace, e le mani ha rapaci e sanguinose, ed essendo il suo intendimento di comandare, di sforzare, di uccidere, d'occupare e di rapire, conviene che ella sia amica del ferro e della violenza e del sangue.

Et Chiabrera noster ita sub maris imagine iram dominae allegorice significat:

Di quel mar la bella calma,
Miser' alma,
Che discior ti fe da riva,
Tornerà, non ti diss' io,
Mar sì rio,
Che indi uscir non saprai viva?
Ecco nembi oscuri, e venti,
Tuoni ardenti
Contra te sorgono insieme;
Rotte son antenne e sarte,
Vinta è l' arte
Dentro il mar, che orribil freme.
Quale schermo, quale avanza
Più speranza?
Ed in chi fondarla omai?
Voi, che scampo dar potete,
Nascondete,
Stelle inique, i vostri rai.
Su si sfoghi ogni disdegno
In quel legno
Che fidossi all' altrui fede,
Lo travolga, lo disperga,
Lo sommerga
L' empio mar, lo si deprede.
Per poc' aura di Ciel puro
Fu sicuro
Di piegar le vele in porto;
Or che il vince atra procella,
Chiami quella
Aura infida a suo conforto.

Quid animadvertendum est in Allegoria?

R. Oratores plerumque ad rem illustrandam propria quaedam translatis verbis adjicere solent. Habet usum talis Allegoriae, ait Fabius, frequenter oratio,

sed raro totius. Rhetores Allegoriam mixtam appellant: ita Cicero in oratione pro Milone.

Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus concionum semper Miloni putavi esse subeundas.

Nisi adjecisset *dumtaxat fluctibus concionum* esset allegoria: nunc eam miscuit. Quo in genere et species ex arcessitis verbis venit, et intellectus ex propriis.

Quid cavendum est in Allegoria?

R. 1. Ne sit nimis obscura, ut facile non intelligatur; magnum, meo judicio, vitium; siquidem dicere dilucide, virtus est. Delectatio enim a facilitate comparationis vel similitudinis proficiscitur.

2. Ut quo genere translationis caeperis, eodem finias etiam animadvertendum est: male enim diceres = *per hostes invidiae incendio deflagravi, ac demum ejus fluctibus sum demersus* = Oportuerat enim dicere = *ejus flammis sum absumptus.*

§. 9.
De Ironia.

Quid est Ironia?

R. Ironia, quam latini *dissimulationem* vocarunt, et quae Socrati adeo fuit in deliciis, est figura, qua aliud plane dicimus, quam verba ipsa significare videntur. Quando v. g. quempiam simulata laudatione false ac ingeniose perstringimus, nimirum aliud aperte dicendo, aliud vero innuendo: unde recte vocatur a Quintiliano *diversiloquium*, *dissimulatio*, et *illusio*, ut sonat Graeca ipsa ironiae vox.

Quomodo intelligitur Ironia?

R. Intelligitur vel ex ipsa re, quae dicitur, vel

ex ipsa pronunciatione ut si dicas = *O praeclarum ovium custodem lupum!* = Statim enim dicentis sententia atque ipsa dissimulatio deprehenditur. Ita Virgilius inducit Junonem dicentem Veneri:

Egregiam vero laudem, et spolia ampla refertis
Tuque, puerque tuus: magnum et memorabile nomen,
Una dolo divum si foemina victa duorum est.

Eximia etiam est Ciceronis ironia in Miloniana:

Sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompejum, nosmetipsos cum Publio Clodio conferre audeamus. Tolerabilia fuerunt illa: Clodii mortem aequo animo ferre nemo potest: luget Senatus; moeret equester ordo; tota civitas confecta senio est; squallent municipia; afflictantur coloniae, agri denique ipsi tam beneficum, tam singularem, tam mansuetum civem desiderant.

Et Joannes Casa in secunda Oratione pro foedere sic Venetos incitat ad bellum:

Ma egli dice, che in quest'anno non vuol far guerra, ma vuol riposarsi. Alziamo dunque le mani al Cielo, e poichè Sua Maestà ce ne concede licenza, torniamo il capo sotto, e dormiamo riposatamente ancora questo spazio breve di tempo.

Et Dantes;

Godi, Firenze, poichè se' sì grande,
Che per mare e per terra batti l'ale,
E per lo Inferno il tuo nome si spande.

§. 10.

De Sarcasmo.

Quid est Sarcasmus?

R. Sarcasmus seu *Subsannatio*, qui ad Ironiam pertinet, est amarulenta quaedam irrisio, et truculentum genus Ironiae, quae fit cum magna quadam

acerbitate et contumelia, qua quispiam hosti crudeliter insultat. Ita apud Virgilium Trojano a se interfecto per Sarcasmum insultat victor Turnus:

En, agros, et, quam bello, Trojane, petisti,
Hesperiam metire jacens: haec praemia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic moenia condunt.

Et alio loco:

. . I verbis virtutem illude superbis.
Bis capti Phryges haec Rutulis responsa remittunt:

et apud Tassum ita Argantes illudit Tancredo:

Che non potrai dalle mie mani, o forte
Delle donne uccisor, fuggir la morte;

cui Tancredus pari sarcasmo respondet:

Vieni in disparte pur tu, che omicida
Sei de' giganti solo, e degli eroi;
L' uccisor delle femmine ti sfida.

§. XI.

De Hyperbole.

Quid est Hyperbole?

R. Hyperbole sive *Superlatio* est oratio superans veritatem, alicujus augendi minuendive causa. Sic Tullius pro Marcello:

Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes.

Et Virgilius de Amazone Camilla:

Illa vel intactae segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas;
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.

Et Albertus Lollius in Oratione de laudibus Tuscae Linguae:

Se la natura istessa i suoi concetti con umana voce esprimer volesse, creder si dee fermamente, ch' ella altre parole giammai non userebbe, che le toscane.

Et Petrarca:

Nel suo partir, partì dal mondo amore,
E cortesia, e il Sol cadde dal Cielo,
E dolce cominciò farsi la morte.

Quid est animadvertendum in Hyperbole?

R. Duas esse Hyperboles species, quarum una maxime idonea est descriptioni, altera melius passioni inservit. In descriptione non obest veritati, sed veritatem amplificat, ut facilius in animum inducat; in perturbationibus vero, quae natura ipsa omnia exaggerant vim et colorem addit. Haec potior habetur.

Cedo exempla.

R. Virgilius de Turni equis ita ait:

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Et Dantes noster per hyperbolem currum, quo Beatrix vehebatur ita describit:

Non che Roma di cocchio così bello
Allegrasse Africano, ovvero Augusto,
Ma quel del Sol saria pover con ello.

Nunc addam exempla hyperbolis perturbationem animi exaggerantis. Virgilius ita inducit Didonem dicentem Aeneae:

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

Eodem modo Armida apud Tassum increpat Rainaldum:

Nè te Sofia produsse; e non sei nato
Dell' Azio sangue tu; te l' onda insana
Del mar produsse, e 'l Caucaso gelato;
E le mamme allattar di tigre ircana.

§. XII.

De Periphrasi.

Quid est Periphrasis?

R. Periphrasis sive *Circuitio* est oratio rem simplicem adsumptam circumscribens elocutione. Ea fit cum longiori verborum ambitu circuituque dicimus, quod brevius ac simplicius dici poterat. Ita Cicero pro Milone, cum gravius videretur dicere Clodium a Milone fuisse occisum, maluit illud hac verborum circuitione mollire:

In quos incensos ira, vitamque domini desperantes cum incidisset, haesit in poenas, quas ab eo servi fideles pro domini vita expetierunt.

Et Virgilius pro hac una voce *moritur*, sic ait:

Olli dura quies oculos et ferreus urget
Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.

Et in ecloga secunda, ubi pro hac una voce *Jam advesperascit*, longiori hac, tritaque utitur periphrasi:

Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci,
Et sol crescentes decedens duplicat umbras.

Et Tassus in Dialogo, cui titulus Paterfamilias, autumnum per periphrasim his verbis designavit:

Era nella stagione, che il vendemmiatore suol premere dalle uve mature il vino, e che gli alberi si veggiono

in alcun luogo spogliati di frutti, quand'io in abito di sconosciuto peregrino tra Novara e Vercelli cavalcava.

Et Dantes per periphrasim Deum ita dixit:

Colui che mai non vide cosa nuova;

Et solem appellavit:

Lo ministro maggior della natura.

Etiam Petrarca pro Italia dixit:

Il bel Paese
Che Appennin parte, il mar circonda e l'alpe.

Quid notandum de hoc Tropo?

R. Nota periphrasim apud Poetas esse frequentiorem quam apud Oratores. Quod si non idonea sit, vel si nimis redundet, jam non appellabitur *Periphrasis* sed *Perissologia,* orationis vitium, non certe virtus.

CAPUT VII.

DE FIGURIS VERBORUM

Quid est figura?

R. Est conformatio quaedam verborum ac sententiarum a communi ratione loquendi remota, seu ornamentum quoddam orationis a communi consuetudine remotum.

Quot sunt genera figurarum?

R. Duo: aliae enim ut tropi versantur in verbis tantum, aliae in sententiis et sensu ipso. Quia vero facilius est id, quod quasi naturali motu efficitur uno vel paucis verbis, de figuris verborum erit nobis ante dicendum, quam de figuris sententiarum.

Quid differunt inter se Tropi, et figurae verborum?

R. Hoc differunt, quod tropi fiunt tantum in verbis translatis, hoc est a sensu sibi proprio in alienum sensum traductis; figurae vero fiunt in verbis propriis.

Unde ortum habent Figurae?

R. Figurae omnes sive verborum, sive orationis vel sententiarum, a natura originem ducunt. Cum enim vel ratio, vel imaginatio, vel affectus in nos dominatur, natura ipsa sponte has nobis loquendi formas suppeditat. Si quis cupiat aliquid in auditorum mentem residere *Repetitionem* usurpat, *Antithesi* excutit, *Interrogatione* provocat. Si quis animi dolorem exprimere, et alicujus opem implorare velit *Exclamatione*, *Obsecratione*, *Apostrophe*, natura ipsa magistra, utitur. Si quis denique admiratione captus rem aliquam describere aggreditur *Polysyntheton, Dissolutionem, Similitudinem, Hypotyposim* usurpat. Nos de figuris verborum indistincte dicemus; figuras vero orationis trifariam dividemus, et primum de illis, quae ad docendum sunt idoneae; mox de iis, quae ex mentis imaginatione; denique de illis, quae ex animi perturbationibus originem ducunt, breviter disseremus.

§. I.

De Conduplicatione.

Quid est Conduplicatio?

R. Est ejusdem vocabuli vel plurium iteratio, sive initio orationis, sive in fine, sive alibi. Haec iteratio

fit sive amplificationis causa, sive miserationis. Ut cum ait Maro:

> . . . . nunc, nunc insurgite remis
> Hectorei socii.

Et lib. 9. cum ait Nisus:

> Me me adsum qui feci: in me convertite ferrum,
> O Rutuli. Mea fraus omnis.

Et Cicero in 1. Catilinaria.

> Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam . . . . . . Fuit, fuit ista quondam in republica virtus.

Ita Paulus Segnerus in concione de Paradisi gloria:

> Al cielo, al cielo, fedeli miei devotissimi, al cielo, al cielo! Evvi alcuno tra voi il qual sia vago di ascendere a tanta gloria?

et Dantes noster:

> Non son colui, non son colui, che credi.

§. II.

De Repetitione.

Quid est Repetitio?

R. Est figura, in qua ab eodem vocabulo saepius inchoatur oratio ut in 1. Catilinaria:

> *Nihil* ne te nocturnum praesidium palatii, *nihil* urbis vigiliae, *nihil* timor populi, *nihil* consensus bonorum omnium, *nihil* hic munitissimus habendi Senatus locus, *nihil* horum ora vultusque moverunt?

Ubi vides profecto vocem illam *nihil* saepius iteratam, maximam quamdam vim afferre orationi.

Et Virgilius Ecloga X.

> *Hic* gelidi fontes, *hic* mollia prata, Lycori,
> *Hic* nemus, *hic* ipso tecum consumerer aevo.

et Paulus Segnerus.

Vendetta gridino tutte le creature contro di esso, gridino *vendetta* gli Angeli, *vendetta* i Santi, *vendetta* le Sante, *vendetta* i Demonii, tutti *vendetta.*

Denique Dantes:

Per me si va nella città dolente,
Per me si va nell' eterno dolore,
Per me si va fra la perduta gente.

Quaenam est Repetitionis utilitas?

R. Facit in primis Repetitio, ut acrior sit ac vehementior oratio; ut cum ait Cicero:

Quem senatus damnavit, *quem* Populus R. damnavit, *quem* omnium existimatio damnavit, eum vos sententiis vestris absolvetis?

Et rursum in Catilinam:

Non ferar, *non* patiar, *non* sinam.

Repetitione utitur eleganter Aeolus ventorum Rex, dum Junonem sic alloquitur apud Maronem:

Tu mihi quodcumque hoc regni: *tu* sceptra Jovemque
Concilias: *tu* das epulis accumbere divum.

Quid in Repetitione cavendum est?

R. Valet mirum in modum in exaggerandis virtutibus ac vitiis, et schema est plane venustum. Sed quia statim incurrit in oculos, propterea non est diutius continuandum: sed satius est, ut aliorum schematum admistione temperetur.

§. III.

De Polysyntheto.

Quid est Polysyntheton?

R. Polysyntheton, seu, ut alii malunt, Polysyn-

deton, est schema conjunctionibus abundans ut, *et justitia, et liberalitate, et fortitudine omnes Imperatores superavit.*

Itemque apud Virgilium:

Ascaniumque, patremque meum, juxtaque Creusam,
Alterum in alterius mactatum sanguine cernam.

Et alio loco:

. . . . ruit Oceano nox
Involvens umbra magna terramque, polumque,
Myrmidonumque dolos.

Et Albertus Lollius in oratione pro Marco Horatio:

Ricordandosi, che a tre soldati soli, e una guerra di tanta importanza, ed il carico di così grande impresa, e la somma dello Impero e della fortuna publica sia stata commessa.

Et Petrarca:

L' acque parlan d' amore, e l' ôra, e i rami,
E gli augelletti, e i pesci, e i fiori, e l' erba.

Quid commodi affert orationi Polysyntheton?

R. Saepe vim affectuum auget, saepius etiam descriptioni conducit. Cum enim conjunctiones interponantur, res inter se separatim apparent, difficultates et spatium temporis sub oculis ponunt: ita Caesar in Commentariis ut in singulas res animum intendas, praelium describit:

Hic equitibus facile pulsis, ac perturbatis, incredibili celeritate ad flumen decurrerunt, ut pene uno tempore et ad silvas, et in flumine et jam in manibus nostris hostes viderentur.

§. IV.

De Disjunctione.

Quid est Disjunctio?

R. Disjunctio, seu Dissolutio, est quae conjunctio-

nibus verborum e medio sublatis, partibus separatis fertur. Fit ergo quum conjunctiones et particulae tolluntur, ut incitatior feratur oratio. Ita Cicero pro Marcello:

Constituenda judicia, revocanda fides, comprimendae libidines, propaganda soboles.

Et in paradox. 4.

Sapientis animus magnitudine consilii, contemptione rerum humanarum, tolerantia fortunae, virtutibus denique omnibus, ut moenibus septus, vincetur et expugnabitur?

Virgilius etiam ait:

Monstrum horrendum, informe, ingens:

Et alibi:

Coelum, mare, sydera testor.

Et Albertus Lollius in oratione ad Carolum V.

Non i superbi titoli, la porpora, le aquile, le corone, e gli scettri; ma l'umanità, la mansuetudine, la clemenza, la liberalità, e la giustizia sono le proprie doti, ed ornamenti dei Re, e le vere insegne degl'Imperatori.

Et Joannes Casa:

O dolce selva solitaria, amica
De' miei pensieri sbigottiti e stanchi.

Et alio loco:

O sonno, o de la queta, umida, ombrosa
Notte placido figlio; o de' mortali
Egriconforto, oblio dolce de' mali
Sì gravi, ond'è la vita aspra e nojosa.

Quaenam est Disjunctionis utilitas?

R. Haec affectus vim auget, cum uno tempore, immo uno obtutu res oculis subjiciat diversas con-

globatim. Descriptioni etiam valdius apta est, ut ab hoc Caesaris exemplo facile cuique patebit.

Nostri, emissis pilis, gladiis rem gerunt: repente post tergum equitatus cernitur: cohortes aliae appropinquant: hostes terga vertunt: fugientibus equites occurrunt; fit magna caedes.

Quis haec legens rei gestae celeritatem, et facilitatem non sentit? Putes haec omnia uno temporis momento, pene dixerim, evenisse. Ita Caesar ut celeritatem et felicitatem suam Senatui Romano ostenderet, conjunctionibus e medio sublatis, laconice Patribus scripsit:

Veni, Vidi, Vici.

§. V.

De Conversione et Complexione.

Quid est Conversio?

R. Est figura Repetitioni prorsus contraria, in qua saepius eodem vocabulo clauditur oratio, ut in Antonium:

Doletis tres exercitus, P. C., interfectos? Interfecit Antonius. Desideratis clarissimos Cives? Eos quoque vobis eripuit Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflicta est? Afflixit Antonius.

Et auctor ad Herennium:

Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respublica sublata est.

Quomodo fit Complexio?

R. Si ab eodem verbo, vel ab iisdem verbis oratio incipiat atque claudatur, *Complexio* vocabi-

tur; quae figura *Repetitionem* simul et *Conversionem* complectitur. Ita Tullius:

Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem partem populi suffragiis privavit? Rullus. Quis comitiis praefuit? Rullus.

Itemque Albertus Lollius:

Chi spinse gli Ateniesi a sottoporsi all' impero di Pisistrato, se non la facondia? Chi fece riuscir Temistocle superiore al giusto Aristide, se non la facondia? E chi salvò la vita al medesimo, condotto al cospetto del re de' Persi, se non la forza della facondia? Chi fece confermar capitano alla gravissima spedizione della Spagna Publio Scipione Africano, se non la facondia? Chi fece cader le armi di mano agli arrabbiati nemici di Marco Antonio, se non la facondia?

§. VI.

De Synonymia.

Quid est Synonymia?

R. Est verborum idem fere significantium coacervatio ad rei magnitudinem demonstrandam, et ut majus orationi pondus accedat: ita Tullius in Miloniana:

An vero vos soli ignoratis? Vos hospites in hac urbe versamini? Vestrae peregrinantur aures? neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur?

Ita Plautus:

Quicumque ubique sunt, qui fuere, quique futuri sunt
Stulti, stolidi, fatui, fungi, blenni, buccones,
Solus ego omnes longe anteo stultitia, et moribus indoctis.

Et Albertus Lollius in oratione de laudibus eloquentiae;

Senza l' ajuto di questa nobilissima facoltà non è arte

alcuna, che possa compiutamente il suo officio eseguire; anzi *sono tutte mutole, senza lingua, senza voce, e senza spirito.*

Et Tassus:

Io vivo? io spiro ancora? E gli odïosi
Rai miro ancor di questo infausto die?

§. VII.

De Pleonasmo.

Quid est Pleonasmus?

R. Est figura, quae in eo consistit, ut verba quidem adjiciamus non tam enuntiandae rei necessaria, quam ut ex iis magnitudo vel dignitas, vel denique species peculiaris quaedam oculis subjiciatur. Haec magis poetis, quam oratoribus idonea est, quamquam nonnumquam etiam commode ab oratore usurpari possit. Ita Virgilius:

. . . . . . Ipse Deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemque his auribus hausi.

Huc etiam referuntur formulae Virgilianae:

Sic ore loquuta est. - Talia voce refert.

Et similes: et Plautus dixit:

Magis majores nugas agere.

Et Columella:

Apis si saevit *maxume* pessima,

quod certe vim addit. Horatius denique:

Graecorum *longe* doctissimus.

Dantes:

. . . . Uomo già fui,
E li parenti miei furon Lombardi,
E Mantuani per patria amendui.

Quid animadvertendum est in Pleonasmo?

R. Pleonasmum vitiosum esse cum supervacuis verbis oneratur oratio, et quoties verba fuerint otiosa et superfuerint; obstat enim quidquid non adjuvat, ut docet Fabius: sed cum industria aliquod verbum adjicitur ad vim augendam et affirmationis gratia, tunc haec figura vim et elegantiam sermoni afferet.

§. VIII.

De Reticentia.

Quid est Reticentia?

R. Est figura, quae fit quando verbum aliquod subauditur, ut cum ait Tullius in Verrinis:

Hunccine hominem? hanccine impudentiam judices? hanccine audaciam?

supple *feremus*. Tullius idem in oratione pro Milone hac reticentia usus est:

An quis illae legis, quam Clodius a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset vivo Milone, ne dicam consule? De nostrum enim omnium . . . non audeo totum dicere.

Et apud Virgilium:

At vero Rutulis impar ea pugna videri
Jamdudum, et vario misceri pectora motu.

Et Dantes:

Non v' era giunto ancor Sardanapalo
A mostrar ciò che in camera si puote.

idest *fieri*. Tassus denique:

Che sì... Che sì... Volea più dir, ma intanto
Conobbe che seguito era l' incanto.

Quo loco imitatus esse Virgilium mihi videtur dicentem:

Quos ego ... sed motos praestat componere fluctus.

Reticentiam inservire affectibus facile patet; impetum enim animi, suppressione verborum quasi continemus: et, ut ait Fabius, ipsa ostendit affectus vel irae, vel solicitudinis, et quasi religionis. Sed de figuris verborum hactenus.

CAPUT VIII.

DE FIGURIS SENTENTIARUM

§. I.

De Figuris Sententiarum ad docendum idoneis.

Quaenam sunt Figurae ad docendum idoneae?

R. Septem praecipue numerabimus 1. *Antithesim*, 2. *Sustentationem*, 3. *Comunicationem*, 4. *Correctionem*, 5. *Similitudinem*, 6. *Comparationem*, 7. *Progressionem.* Sed quoniam nonnullae ex his etiam Imaginationi, nonnullae etiam affectibus inservire possunt, nos inter illas recensemus, et nunc sat erit dixisse has figuras ad docendum idoneas esse et aptiores.

§. II.

De Figuris Sententiarum ad delectandum idoneis.

Quaenam sunt figurae Sententiarum ad delectandum idoneae?

R. Voluptatem afferunt praesertim illae figurae, quae ab imaginatione ortum habent. Hae sunt 1.

Similitudo, 2. *Comparatio*, 3. *Antithesis*, 4. *Expolitio*, 5. *Gradatio*, 6. *Hypotiposis*, 7. *Prosopographia*, 8. *Ethopeja*, 9. *Somatopea*, 10. *Praeoccupatio*, 11. *Concessio*, 12. *Praeteritio*, 13. *Sermocinatio*.

§. III.

De Figuris Sententiarum ad movendum idoneis.

Quaenam sunt figurae Sententiarum ad movendum idoneae?

R. Hae sunt quae vehementi affectuum perturbatione exortae, auditoribus vim quamdam et perturbationem afferunt, animosque exagitant usque ad lacrymas.

Quot sunt figurae sententiarum ad movendum idoneae?

R. 1. *Exclamatio*, 2. *Epiphonema*, 3. *Interrogatio*, 4. *Subjectio*, 5. *Dubitatio*, 6. *Obsecratio*, 7. *Imprecatio*, 8. *Correctio*, 9. *Communicatio*, 10. *Sustentatio*, 11. *Apostrophe*, 12. *Prosopopea*, 13. *Visio*. De omnibus singillatim dicemus.

CAPUT IX.

DE FIGURIS SENTENTIARUM AD DELECTANDUM IDONEIS

§. I.

De Similitudine.

Quid est Similitudo?

R. Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid in re dispari simile: nam ut aliquid clarius significemus, saepe aliud proponimus quod simile

sit rei de qua loquimur. Neque Similitudo cum Metaphora, et Comparatione, licet affinitate quadam inter se conjunctae, permisceri debet. Metaphora enim nomen rei alicujus alteri applicat; Similitudo aliquid simile in re dispari traducit; Comparatio res quadam similitudine conjunctas confert. Aliud enim esset inhumanum hominem *tigrem* esse, aliud uti tigrem saevire, aliud in sanguine debacchari veluti tigres, praeda correpta. Sed exemplis facilius res declarabitur.

Cedo Exempla.

R. Tullius ita Verris arrogantiam similitudine significat:

Repente enim te tamquam serpens e latibulo oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.

Si Tullius Metaphora uti voluisset *serpentem* dixisset, si comparatione, Verris cum serpentis mores et qualitates comparasset. Et Horatius Pindarum amni monte decurrenti similem facit;

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet, immensusque ruit profundo
Pindarus ore.

Et Dantes Angelum syderi similem dicit:

A noi venia la creatura bella
Bianco vestita, e ne la faccia quale
Par tremolando mattutina stella.

Et Joannes Casa similitudine utitur initio orationis ad Carolum V. de Restitutione Placentiae.

Siccome noi veggiamo intervenire alcuna volta, sacra Maestà, che quando o cometa, o altra nuova luce è apparita nell' aria, il più delle genti rivolte al Cielo mirano colà, dove quel maraviglioso lume risplende;

così avviene ora del vostro splendore e di Voi; perciocchè tutti gli uomini ed ogni popolo, e ciascuna parte della terra risguarda inverso di Voi solo.

Et Joannes Boccaccius, antequam pestilentiam illam, quae Florentiae urbem invasit, describere aggrediatur, hac utitur similitudine, ut rei luctuosissimae fastidium molestiamque minuat.

Questo orrido cominciamento vi fia non altrimenti che a' camminanti una montagna aspra ed erta, presso alla quale un bellissimo piano e dilettevole sia riposto, il quale tanto più viene lor piacevole, quanto maggiore è stata del salire, e dello smontare la gravezza.

Quomodo Similitudo etiam apta est ad docendum?

R. Quod rem alteram per alteram similem ostendens faciliorem rei cognitionem reddit. Ita (ut omnia alia exempla praeteream, ne oratio fusior videatur) Tassus noster, ut ostenderet ingenium otio obrui ita dixit:

Ove l'ozio signoreggia, ivi non riluce raggio d'ingegno, ivi non vive pensiero di gloria e di immortalità, ivi non apparisce nè immagine, nè simulacro, nè pur ombra o vestigio alcuno di virtù. *E siccome gli stagni e le paludi, putride divengono nella lor quiete; così i neghittosi marciscono nell' ozio loro: e ragionevolmente possono così morti esser chiamati, come quelle acque morte si chiamano.*

§. II.

De Comparatione.

Quid est Comparatio?

R. Comparatio seu imago (ut illam Latini vocarunt) est formae cum quadam similitudine colla-

tio. Haec similitudinis fundamentum exponere debet, ita ut manifestior appareat modus, quo duae res inter se conveniunt. Ita Cicero in oratione 1. Catilinaria:

Ut saepe homines aegri morbo gravi cum aestu febrique jactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur; sic hic morbus, qui est in republica relevatus istius poena, vehementius vivis reliquis ingravescet.

Et Virgilius Nisum comparat leoni impasto turbanti per ovilia:

Impastus ceu plena leo per ovilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditque trahitque
Molle pecus, mutumque metu; fremit ore cruento:
Nec minor Euryali caedes.

Affer exempla italica.

R. Joannes Casa in 1. Oratione pro Foedere exquisitum sane comparationis exemplum hoc praebet:

Perocchè come i figliuoli, con troppa tenerezza dalle madri allevati, crescono per lo più poco sani e poco valorosi; così la pace con troppo amore della città ritenuta, poco franca e poco sicura esser suole.

Et Areostus, imitatus Virgilium, Cloridani caedem impasto leoni comparat.

Come impasto leone in stalla piena,
Che lunga fame abbia smacrato e asciutto,
Uccide, scanna, mangia, e a strazio mena
L'infermo gregge in sua balìa condutto;
Così il crudel Pagan nel sonno svena
La nostra gente, e fa macel per tutto.
La spada di Medoro anco non ebe,
Ma si sdegna ferir l'ignobil plebe.

Quomodo utimur etiam comparatione ad docendum?

R. Conferendo rerum qualitates ita ut altera ex alterius comparatione magis eluceat. Ita Joannes Casa in Galatei libro, ut doceret unitatem esse principium et fontem pulchritudinis, ita comparatione rem demonstravit:

E per quello che io altre volte ne intesi da un dotto e scienziato uomo, vuole essere la bellezza uno, quanto si può il più, e la bruttezza per lo contrario è molti. Siccome tu vedi che sono i visi delle belle e delle leggiadre giovani; perciocchè le fattezze di ciascuna di loro paion create pure per uno stesso viso. Il che nelle brutte non addiviene: perciocchè avendo elle gli occhi per avventura molto grossi e rilevati, e il naso piccolo, e le guance paffute, e la bocca piatta, e il mento in fuori, e la pelle bruna, pare che quel viso non sia di una sola donna, mà sia composto di visi di molte e fatto di pezzi.

§. III.

De Antithesi.

Quid est Antithesis?

R. Antithesis sive Contentio est quum ex contrariis verbis aut rebus oratio conficitur, et ut aliis verbis rem explicemus. Antithesis, sive oppositio est schema, quo verba verbis, sententiae sententiis, opponuntur; cujus rei splendidum in primis et illustre exemplum habes in 2. Catilinaria:

Ex hac parte pugnat pudor, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido. Denique aequitas,

temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremo copia cum egestate; bona ratio cum perdita; mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.

Ita Ovidius:

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Cedo exempla italica.

R. Albertus Lollius in Oratione de laudibus sapientiae:

Molti altri principi si dilettano della guerra; il prudentissimo nostro Principe ama la pace. Altri alla loro particolare utilità e proprio comodo intenti, poco o nulla curano il ben comune de'suoi cittadini; il benignissimo Duca nostro altro non cerca, altro non desidera che di far sempre beneficio a ciascuno. Altri superbamente, e con severità comandano ai sudditi, egli a guisa di buon pastore, anzi qual amorevole padre con umanità e con destrezza governa i suoi popoli.

Et Paulus Segnerus:

Tutti quanti qui siamo o giovani, o vecchi, o poveri, o ricchi, o nobili, o plebei, tutti dobbiamo morire.

Etiam Petrarca noster:

Qui tutta umile, e qui la vidi altera;
Or aspra, or piana, or dispietata, or pia;
Or vestirsi onestate, or leggiadria;
Or mansueta, or disdegnosa e fera.

Quomodo etiam ad docendum hoc schemate uti possumus?

R. Res, vel rerum qualitates si rebus vel rerum qualitatibus opponemus, ex hac contentione liquido

veritas elucebit. Hoc modo Torquatus Tassus in Dialogo de Amicitia quid intersit assentatorem inter et amicum per Antithesim docet.

Il fine dell'amico è il giovare, dell'adulatore il compiacere . . . . È proprio dell'amico la libertà del parlare, dell'adulatore il parlare a voglia altrui per acquistarsi grazia e benevolenza . . . . . . Sono differenti oltracciò l'amico e l'adulatore, chè l'amico tralascia ne' negozii alcune cose minute, e non mostra soverchia diligenza o curiosità: l'adulatore nelle cose siffatte è assiduo ed infaticabile, e non concede ad alcun altro luogo o tempo di servire. L'amico concede l'utilità all'amico, ma l'onestà riserba a sè stesso: l'adulatore concede di leggieri la vittoria delle cose oneste, ed in ciascuna cosa si contenta delle seconde parti; se non ne' vizii, che in quelli vuole il principato . . . . L'amico è partecipe piuttosto dell'infelicità e degl' infortunii che dell'ingiustizia; l'adulatore all'incontro fugge colla mala, e ritorna con la buona fortuna, ma fuggendo e ritornando è sempre congiunto col vizio.

Quaenam vitia sunt in Antithesi vitanda?

R. Duo vel maxime. Primum est, ne frequentiores fiant Antitheses, quod profecto juvenile est, et a viris eruditis jure ac merito reprehensum in Seneca, et in aliis: quemadmodum Orator ille, de quo Persius in Satyra:

. . . . Crimina rasis
Librat in Antithesis; doctus posuisse figuras
Laudatur. Bellum hoc, hoc bellum?

Alterum vitium est, si Antithesis per vim et longe petita videatur, studioque, et arte quaesita. Hujusmodi Antitheseon aucupes, et quasi venatores non illepide comparari possunt Architectis illis, qui sym-

metriae causa ementitas simulatasque fenestras aedibus affingunt.

§. IV.
De Expolitione.

Quid est Expolitio?

R Expolitio, sive Exornatio, aut Commoratio est qua utimur rei honestandae. Quum enim in eodem loco manemus, aliud, atque aliud dicere videmur. Haec figura ad amplificandum, et ad motus excitandos valde insignis est. Fit ergo quum eamdem sententiam variis modis versamus, ut attentionem paremus, et altius in auditorum animis defigatur. Ita Cicero pro Sextio.

Haec imitamini, per Deos immortales, qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quaeritis: haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia; haec fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.

Idem pro Marcello.

At hujus gloriae, C. Caesar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem. Totum hoc quantumcumque est, totum est, inquam, tuum. Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina Fortuna in istius se societatem gloriae non offert; tibi cedit: tuum esse totum et proprium fatetur.

Et Virgilius:

Quem si fata virum servant, si vescitur aura
Aetheria, nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Et alio loco:

Olli dura quies oculos, et ferreus urget
Somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.

Affer aliquod exemplum italicum.

R. Albertus Lollius quoque in Oratione ad Carolum V. per Expolitionem ita ait:

Qual fertilità d' ingegno è sì grande, Sacra Maestà, qual fiume d' eloquenza è tanto ampio, qual maniera di parlare o di scrivere è sì rara e tanto eccellente, che possa non dirò illustrare, ma narrare appieno le meritissime ed infinite laudi dell' Altezza Vostra?

Et Paulus Segnerus:

Non ti dare in preda alle iniquità, non vivere come vivi in tanta libertà, con tanta licenza, non fare come suol dirsi d' ogni erba fascio.

Franciscus Petrarca hac usus est figura in sequenti italico Epigrammate:

Quel ch' infinita provvidenza ed arte
Mostrò nel suo mirabil magistero,
Che creò questo e quell' altro emisfero,
E mansueto più Giove, che Marte:

Quae omnia exempla, dempto illo Petrarcae, ad affectus pertinent.

Velim afferas exemplum Expolitionis ad attentionem majorem parandam.

R. Joannes Boccaccius, ut altius lectorum suorum mentibus amicitiae dignitatem, et utilitatem imprimeret, ita expolitione sententiam amplificavit.

Santissima cosa è l' amistà, e non solamente di singolare riverenza degna, ma di essere con perpetua laude commendata, siccome discretissima madre di magnificenza e di onestà, sorella di gratitudine e di carità, di odio, e di avarizia nemica sempre, senza prego aspettare, pronta a quello in altrui virtuosamente operare che in sè vorrebbe che fosse operato.

§. V.

De Gradatione.

Quid est Gradatio?

R. Gradatio, quae Climax a Graecis dicitur, est figura qua per quosdam veluti gradus, vel ascenditur ad summum, vel descenditur ad infimum. In hac enim, ut ait Fabius, non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est: repetit enim quae dicta sunt, et priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit. Haec apertiorem habet artem, ideoque rarior esse debet.

Affer Gradationis exempla latina.

R. Exhibet Tullius eximium in Oratione pro Milone exemplum.

Neque vero se populo solum, sed etiam senatui tradidit; neque senatui modo, sed etiam publicis praesidiis, et armis; neque his tantum, verum etiam ejus potestati, cui Senatus totam rempublicam commiserat.

Et in Epistola ad Atticum:

Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, advola.

Horatius etiam:

Ludus enim genuit trepidum certamen, et iram,
Ira truces inimicitias, et funebre bellum.

Virgilius denique in Ecloga 2.

Torva leaena lupum sequitur: lupus ipse capellam:
Florentem cythisum sequitur lasciva capella.

Cedo italica exempla Gradationis.

R. Paulus Segnerus hoc nobis suppeditat:

Questa è dunque la cura, che voi tenete della vostra anima? questa è la stima del vostro fine? questa è

la sollecitudine della vostra felicità? saper di stare in mezzo a rischi sì gravi e non riscuotervi?....

Et alio loco:

Chi è contadino vuol diventar cittadino; chi è cittadino, vuol divenir cavaliere; chi è cavaliere, vuol ascendere a un soglio di Dominante; e però quando avrà mai tanto, che bastigli a soddisfare la sua ambizione?

Et Dantes:

. . . . . . Noi semo usciti fuore
Del maggior corpo al Ciel, ch'è pura luce:
Luce intellettual piena d'amore,
Amor di vero ben pien di letizia,
Letizia che trascende ogni dolzore.

Tassus denique:

Non cade il ferro mai, che appien non colga;
Nè coglie appien, che piaga anche non faccia;
Nè piaga fa, che l'alma altrui non tolga.

§. VI.

De Hypotyposi.

Quid est Hypotyposis?

R. Hypotyposis, quam latini Demonstrationem vocant, est, cum ita res verbis exprimitur, ut geri negotium, et res ante oculos esse videatur. Splendidum inprimis ac illustre illius exemplum habes in septima Verrina, ubi Tullius Verris inhumanitatem oculis ita subjicit.

Ipse inflammatus scelere et furore in forum venit. Ardebant oculi; toto ex ore crudelitas eminebat. Expectabant omnes quo tandem progressurus, aut quidnam acturus esset, cum repente hominem corripi, atque in foro medio nudari ac deligari, et virgas expediri jubet. Clamat ille miser se civem esse Romanum.

Sic etiam ab eodem Tullio egregie depingitur Antonius Provinciam molliter ac delicate lustrans.

Vehebatur in essedo Tribunus Plebis; laureati lictores antecedebant, inter quos, aperta lectica, mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honesti, obviam necessario prodeuntes, non noto illo, et mimico nomine sed Volumniam consalutabant. Sequebatur rheda cum lenonibus, comites nequissimi. Rejecta mater amicam impuri filii tamquam nurum sequebatur.

Hypotyposim creberrime solent usurpare Poetae, ac praesertim Virgilius, qui res adeo vivis, et spirantibus, ut ita dicam, coloribus describit, ut pene sub oculos cadant. Ita in lib. 4. Didonem morituram pingit:

At trepida et coeptis immanibus effera Dido,
Sanguineam volvens aciem, maculisque trementes
Interfusa genas, et pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, et altos
Conscendit furibunda rogos, ensemque recludit
Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.

Nihilo inferior est illa de Mezentii equo hypotyposis, quam merito mirantur omnes.

Tollit se arrectum quadrupes, et calcibus auras
Verberat, effusumque equitem super ipse secutus
Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo.

Cedo exempla italica ex Oratoribus.

R. Per hypotyposim Jacobus Passavantes describit visionem divinitus cuidam carbonario oblatam.

(Il Carbonajo) vide venire inverso la fossa correndo, e stridendo una femmina iscapigliata e ignuda, e dietro le veniva un cavaliere in su un cavallo nero correndo, con un coltello ignudo in mano. E della bocca, e degli occhi, e del naso del cavaliere e del cavallo usciva

fiamma di fuoco ardente. Giungendo la femmina alla fossa, che ardeva, non passò più oltre, e nella fossa non ardiva di gittarsi, ma correndo intorno alla fossa, fu sopraggiunta dal cavaliere, che dietro le correva, la quale traendo guai, presa per gli svolazzanti capegli, crudelmente ferì per lo mezzo del petto col coltello, che teneva in mano.

Mirifice etiam Paulus Segnerus describit latronem, qui Henrico Susoni per Germaniae silvas apud Rhenum iter facienti armatus occurrit.

Quivi mentre entrava solo sull' ora tarda, ecco si vede venir innanzi un ladrone terribilissimo di statura, di volto, di portamento, il quale armato d' una scimitarra al fianco, e d' un' asta in mano, lo guarda fisso, e poi dice: fermati, Padre, chè poichè tu mi hai sembiante d' uomo dabbene, io mi voglio confessar teco.

Per hypotyposim denique Daniel Bartolus hominem iratum describit.

Gli ardono in fronte, e gli sfavillano gli occhi: il volto all' avvamparglisi sembra rovente: al bollir che gli fa fin dall' imo del cuore il sangue, le labbra inquiete gli tremano: rode a denti chiusi, e scroscia: raccapricciasi e gli si arruffano i capegli: il respirare gli viene intracchiuso, e stridente: contorcesi e snodasi, e le giunture gli crocchiano: mugghia, non parla; o se parla, elle son mezze voci interrotte di gemiti: poi il percuotere palma a palma, e col piè batter la terra, e tutto il corpo agitato e spirante minacce: insomma egli è uno spettacolo d' ugualmente orribile che difforme aspetto.

Affer exempla ex Poetis.

R. Dantes Aligherius rerum omnium pictor mirificus oculis subjicit ignavorum poenam his versibus:

Questi sciaurati, che mai non fur vivi,
Erano ignudi, e stimolati molto
Da mosconi e da vespe ch' eran ivi.

Elle rigavan lor di sangue il volto,
Che mischiato di lacrime, a' lor piedi
Da fastidiosi vermi era ricolto.

Nec multo inferior Aligherio Areostus rixantes canes pingit in hac similitudine:

Come soglion talor dui can mordenti
O per invidia o per altr' odio mossi
Avvicinarsi digrignando i denti,
Con occhi biechi e più che bracia rossi;
Indi a' morsi venir, di rabbia ardenti,
Con aspri ringhi e rabbuffati dossi;
Così alle spade dai gridi, e dall' onte
Venne il Circasso e quel di Chiaramonte.

Petrus denique Metastasius, ut sexcenta aliorum poetarum exempla praeteream, imitatus Virgilium (Aeneid. lib. 3.) in Galatea ita Cyclopem describit.

. . . . Vidi il crudele
Frangere incontro al sasso
Un misero pastor, che al varco ei prese,
Per farne orrido pasto alla sua fame.
Lo stracciò, lo divise,
E le lacere membra
Tiepide e semivive,
Sotto i morsi omicidi
Tremar fra denti, e palpitar io vidi:
E l' atro sangue intanto,
Che spumeggiava alle sue zanne intorno,
Uscìa per doppia strada (oh fiero aspetto)
Dal sozzo labbro, e gli scorrea sul petto.

§. VII.

De Prosopographia.

Quid est Prosopographia?

R. Prosopographia, sive Effictio, est quum exprimitur et fingitur verbis cujusquam forma; quod satis sit ad intelligendum. Est ergo expressio vul-

tus ac corporis totius, qua alicujus vultum, os, lineamenta, incessum, cultura, habitumque omnem exprimimus, ut animus personae descriptae appareat, vel etiam ut illa innotescat. Cicero in 2. Oratione pro lege Agraria ita Rullum describit:

Jam designatus alio cultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto, et horrido, capillatior, quam antea, barbaque majore, ut oculis et aspectu denunciare vim tribunitiam, et minitari Reipub. videretur.

Ita Martialis deformem Zoilum lepide pingit:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laesus:
Rem magnam praestas, Zoile, si bonus es.

Velim proferas exempla Italica.

R. Daniel Bartoli per prosopographiam habitum oris et effigiem Beati Francisci Borgiae ita exhibet.

Quanti ne scrissero di veduta, il rappresentano uomo di aspetto maestoso, ma insieme amabile a maraviglia, e ne ricordano, che giovane era il più bel cavaliero e di più signoril presenza che si mostrasse nella corte dell' imperador Carlo Quinto, dove pur ne era il fiore. Alto di persona, ma tutto ben rispondente e proporzionato: di carni bianche, e in color vivo e gentile: fronte ampia, occhi grandi, bocca piccola: naso aquilino, e che traeva nel lungo, come ancor tutto il filo del volto.

Et Areostus Brunellum ita describit:

La sua statura, acciò tu lo conosca,
Non è sei palmi, ed ha il capo ricciuto;
Le chiome ha nere, ed ha la pelle fosca;
Pallido il viso, oltre il dover barbuto;
Gli occhi gonfiati, e guardatura losca;
Schiacciato il naso, e nelle ciglia irsuto:
L'abito, acciò ch' io lo dipinga intero,
È stretto e corto, e sembra di corriero.

§. VIII.

De Ethopoeia.

Quid est Ethopoeia?

R. Ethopoeia sive Notatio est, cum alicujus natura certis describitur signis, quae sicuti notae quaedam, naturae sunt tributa. Est igitur expressio morum, qua alicujus studia, mores, indolem, ingenium verbis exprimimus. Ita Sallustius Catilinam omnibus artis coloribus egregie pingit in illa ethopoeia tantopere, omnium consensione, laudata.

Lucius Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere; ibique juventutem suam exercuit. Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae supra quam cuique credibile est. Animus audax, subdolus, varius, cujuslibet rei simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum. Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.

Sic etiam Plautus senis avari sordidique mores mirabiliter exprimit, dum illum inducit haec Staphylae anui mandata dantem.

Cave quemquam alienum in aedes intromiseris.
Quod si quispiam ignem quaerat, extingui volo,
Ne causae quid sit, quod te quisquam quaeritet,
Nam si ignis vivet, tu extinguere extemplo.
Tum aquam aufugisse dicito: si quis petet.
Cultrum, securim, pistillum aut mortarium,
Quae utenda vasa semper vicini rogitant;
Fures venisse, atque abstulisse dicito.
Profecto in aedes meas me absente neminem
Volo intromitti, atque etiam (hoc praedico tibi)
Si bona Fortuna veniat, ne intromiseris.

Mulierum mores graphice pingit Terentius, dum ait;

Novi ingenium mulierum: nolunt, ubi velis; ubi nolis, cupiunt ultro.

Et alio loco:

Nosti mores mulierum; dum moliuntur, dum comuntur, annus est.

Cedo exempla ex italicis scriptoribus.

R. Ita Franciscus Guicciardinius Carolum Octavum Gallorum Regem mira arte pinxit.

Carlo, insino da puerizia, fu di complessione molto debole, e di corpo non sano, di statura piccolo, e d' aspetto (se tu gli levi il vigore e la dignità degli occhi) bruttissimo; e l' altre membra proporzionate in modo, che pareva quasi più simile a mostro che a uomo. Nè solo senza alcuna notizia delle buone arti, ma appena gli furono cogniti i caratteri delle lettere. Animo cupido d' imperare; ma abile più ad ogni altra cosa, perchè aggirato sempre dai suoi, non riteneva con loro nè maestà nè autorità; alieno da tutte le fatiche e faccende, e in quelle, alle quali pure attendeva, povero di prudenza e di giudicio: se pure alcuna cosa pareva in lui degna di laude, riguardata intrinsecamente, era più lontana dalla virtù che dal vizio. Inclinazione alla gloria, ma più presto con impeto che con consiglio: liberalità, ma inconsiderata, e senza misura, o distinzione: immutabile talvolta nelle deliberazioni; ma spesso più ostinazione mal fondata, che costanza; e quello che molti chiamavano bontà, meritava più convenientemente nome di freddezza, e di remissione di animo.

Et Tassus noster:

Alete è l'un che da principio indegno
Fra le brutture de la plebe è sorto;
Ma lo innalzaro ai primi onor del regno
Parlar facondo e lusinghiero e scorto:

Pieghevoli costumi e vario ingegno
Al finger pronto, all'ingannare accorto,
Gran fabbro di calunnie adorne in modi
Nuovi, che sono accuse, e pajon lodi.

Num Prosopographia et Ethopoeia possunt misceri?

R. Feliciter admodum miscentur Prosopographia et Ethopoeia proprie dicta, et ex tali mixtura Schema gratissimum efflorescit, ut liquet in exemplo sequenti, ubi M. Calphurnium sic pingit Tullius.

Consul ipse parvo animo et pravo: tantum cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis ridiculus: a quo nihil speres boni reipublicae, quia non vult; nihil metuas mali, quia non audet.

§. IX.

De Somathopoeia.

Quid est Somathopoeia?

R. Est schema poetis dumtaxat cognitum, quo formas fingimus saepe ut *Famam* Virgilius, *Fraudem* Ovidius. Est ergo fictio personae, sed ita ut mores et actus a verisimili mutuemur. Custodiendum est enim ut qualis ab initio forma processerit perpetuo sibi constet.

Affer exempla.

R. Exemplum praebet Virgilius eximium quum Cyclopes in antro describit.

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon
. . . . Alii ventosis follibus auras
Accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus antrum;
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe massam.

Et Tassus ita Plutonempingit:

Orrida maestà nel fiero aspetto
Terrore accresce e più superbo il rende:
Rosseggian gli occhi e di veneno infetto
Come infausta cometa il guardo splende;
Gl' involve il mento, e su l' irsuto petto
Ispida e folta la gran barba scende;
E in guisa di voragine profonda
S'apre la bocca d'atro sangue immonda.

Quid dicendum est generatim de Hypotyposi, Prosopographia, Ethopoeia, Somathopoeia?

R. Dicendum est has formas omnes seu figuras ad delectandum aeque ac ad movendum idoneas esse. Narratio historica, et fabulosa etiam Ethopoeiam, et Prosopographiam usurpat; ita ut hae quoque ad docendum idoneae esse videantur. Hypotyposis tamen aliaeque saepius ad affectus excitandos valent. Animadvertendum est etiam haec schemata a brevitate praesertim vires accipere, neque in minuta rerum descriptione sed in vera consistere. Non omnes rerum, vel personarum qualitates, sed praecipue carptim sumendae, oculisque subjiciendae sunt. Custodiendum est denique, ut ars occulta sit: quidquid enim patenti artificio fit, vim omnem sive ad delectandum, sive ad movendum ammittit. Opus est ergo brevitate, veritate, et perspicuitate summa uti, ut mens aliquid delectationis capiat, animusve affectibus accendatur: quae si desint, omnem operam perdideris. Major licentia in Somathopoeia est quum in fictione versetur: morum tamen imitationem quamdam et vitae, vel in personis fictis exprimendam esse censeo. Sed ut diximus haec poetis tantum relinquenda est.

§. X.

De Praeoccupatione.

Quid est Praeoccupatio?

R. Praeoccupatio est qua et auditorum existimationes, et eorum qui contradicturi sunt verba praevenientes obvias difficultates removemus. Ita Cicero pro Archia:

Quaeres a nobis, o Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur: quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant.

Et in Verrem:

Fortasse dices: Quid? ergo haec in te sunt omnia? Utinam quidem essent! Veruntamen ut esse possent magno studio mihi a pueritia est elaboratum.

Et Horatius lib. 1. Epist. 18.

Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem proferre, professus amicum.

Affer exempla italica.

R. Joannes Casa in prima Oratione pro Foedere.

Se voi mi direte, ch'egli ci vuol difendere, io vi dimando, chi lo minaccia? Chi lo spaventa? Chi lo assalisce?

Et Tassus:

Tu, che ardito fin qui ti sei condutto,
Onde speri nutrir cavalli e fanti?
Dirai: l'armata in mar cura ne prende.
Dai venti adunque il viver tuo dipende?

§. XI.

De Concessione.

Quid est Concessio?

R. Concessio est quum aliquid etiam iniquum videmur causae fiducia pati, atque concedere. Ita Tullius in Oratione pro Flacco:

Tribuo Graecis literas: do multarum artium disciplinam: non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam; denique etiam si qua sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio coluit.

Et in Oratione quinta in Verrem:

Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium, vitiorumque princeps: at est bonus Imperator, et felix, et ad dubia Reip. tempora reservandus.

Et Virgilius in quarto Aeneid. inducit Didonem dicentem Aeneae:

I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas.
Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt)
Supplicia hausurum scopulis . . . .

Cedo exempla italica.

R. Joannes Casa in Oratione ad Carolum V.

Ma posto ancora quello, che non è da concedere, nè da consentire in alcun modo, cioè che i Principi, postergata la ragione, vadano dietro alla cupidigia, ed all'avarizia; ancora presupposto, dico io che Vostra Maestà non dovrebbe negare di concedere Piacenza.

Et Tassus:

Or quando pur estimi esser fatale
Che vincer non ti possa il ferro mai,
Siati concesso . . . .
Vinceratti la fame . . . .

Quid observandum in hac Figura?

R. Quamquam haec sit apprime ad delectandum idonea, interdum tamen et ad docendum valere potest. Exemplo Pauli Segneri demonstrabimus: is ut animae humanae praetium maximum ostenderet, Concessione usus est hoc modo:

Che non vogliate mettervi sempre al sicuro in altri interessi umani, io me ne contento: vi perdono, che arrischiate la roba, che avventuriate la riputazione, che cimentiate anche spesso la sanità; perchè tutte queste cose sono a guisa di merci, che finalmente per troppo precipitosa risoluzione gettate in acqua si possano ripescare dopo il naufragio; ma l'anima! Ahimè! non è questa da premere così poco: perocchè la perdita che si faccia non ha riparo. Chi non vede essere una somma temerità il non procedere con somma cautela?

§. XII.

De Praeteritione.

Quid est Praeteritio?

R. Praeteritio, quae Ciceroni videtur in amore et in deliciis fuisse, fit cum simulamus nos vel nescire, vel nolle dicere id quod vel maxime dicimus. Ita Tullius suum Pompejum magnifice laudat per Praeteritionem.

Itaque non sum praedicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiaeque, terra marique quantaque felicitate gesserit: ut ejus semper voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint: sed etiam venti tempestatesque obsecundarint; hoc brevissime dicam. . . . .

Habes etiam luculentam ejusdem Tullii praeteritionem in Vatinium:

Atque illud tenebricosissimum tempus ineuntis aetatis

tuae patiar latere. Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. Habet hoc praemium tua indignitas, ut adolescentiae turpitudo obscuritate, et sordibus tuis tegatur.

Et Virgilius Aeneid. lib. 10.

Quid repetam exustas Erycino in litore classes?
Quid tempestatum regem, ventosque furentes
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?

Da, quaeso, exempla ex Italis.

R. Paulus Segnerus in Concione de Universali Judicio sub exordii finem hac utitur praeteritione:

Non v'aspettate da me dunque, uditori, ch'io questa mane voglia rappresentarvi, come altri fanno, esalazioni focose apparse nell'aria con formidabili aspetti, fragori di tuoni, nembi di fumo, piogge di fuoco, grandini di saette. Non il sole vestito di nere spoglie; non la luna grondante di vivo sangue, non ogni stella, che convertita in cometa i suoi crini scioglie quasi in sembianza di lutto. Signori nò, un solo orrendo spettacolo avrete voi questa volta da contemplare, e questo sarà il peccatore svergognato al cospetto dell'universo.

Joannes Casa etiam dixerat in Oratione ad Carolum V.

Io lascio stare e Bologna, e Firenze, e Roma, e molti altri stati, de' quali voi per avventura avreste potuto agevolmente in diversi tempi farvi Signore.

Et Tassus;

Ciò che sofferto abbiam d'aspro e d'indegno
Sette anni omai sotto sì iniqua soma,
È tal, che arder di scorno, arder di sdegno
Potrà da qui a mille anni Italia e Roma.
Taccio che fu dall'arme e dall'ingegno
Del buon Tancredi la Cilicia doma,

E che ora il Franco a tradigion la gode,
E i premii usurpa del valor la frode.
Taccio ch' ove il bisogno e il tempo chiede
Pronta man, pensier fermo, animo audace,
Alcuno ivi di noi primo si vede
Portar fra mille morti o ferro o face.

§. XIII.

De Sermocinatione.

Quid est Sermocinatio?

R. Sermocinatio, seu Dialogismus est figura, in qua duo vel plures homines inducuntur loquentes aut secum ipsi, aut cum aliis, habita ratione dignitatis eorum qui loquuntur. Lepidum illius exemplum habes in hac pereleganti Narratione Ciceroniana libri primi Tusculanarum quaestionum.

Cum ab amicis Diogenes rogaretur ubi vellet humari: Projicite me, inquit, inhumatum. Tum amici: Volucribusne et feris? Minime vero, inquit: sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Qui poteris? Illi: non enim senties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?

Nec minus festivum videbitur quod hic subjicio aliud exemplum ex eodem Tullio lib. 2, de Oratore.

Scipio Nasica cum ad Poetam Ennium venisset, eique ab ostio quaerenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse: Nasica sensit illam domini jussu dixisse, et illum intus esse. Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius, et eum a janua quaereret, exclamat Nasica se domi non esse. Tum Ennius, quid, ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica: homo es impudens: ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi, te domi non esse: tu mihi non credis ipsi?

Et Horatius Sat. 9. Lib. 1.

Ibam forte via sacra, sicut meus est mos,
Nescio quid meditans nugarum, totus in illis.
Adcurrit quidam notus mihi nomine tantum,
Arreptaque manu; quid agis, dulcissime rerum?
Suaviter, ut nunc est, inquam, et cupio omnia, quae vis.
Cum adsectaretur, numquid vis? Occupo. At ille
Noris nos, inquit; docti sumus. Hic ego, pluris
Hoc, inquam, mihi eris.

Et in Epistola ad Pisones;

. . . . dicat
Filius Albini: si de quincunce remota est
Uncia, quid superat? poteras dixisse; triens. Heu!
Rem poteris servare tuam. Redit Uncia: quid fit?
Semis . . . .

Praebeas velim exempla ex vernaculis scriptoribus.

R. Paulus Segnerus mortem equitis cujusdam in scelere usque ad finem pertinacis describens, inducit Sacerdotem qui confessionis ministerio expiandi gratia illum adiverat ita cum contumaci aegro sermocinantem.

I medici unitamente vi hanno disperato; però se volete compor le vostre partite, poche ore vi rimarranno. Tanto più adunque, soggiunse l'altro, affrettiamoci: che ho da fare? Avreste, ripigliò il padre, per avventura alcun creditore, a cui vi convenisse di soddisfare? Gli aveva, ma gli ho soddisfatti. Avreste niente d'altrui che dovreste rendere? L'aveva, ma l'ho parimente renduto. E se per l'addietro aveste portata malevolenza ad alcuno non la deponete dall'animo? La depongo. Perdonate a chi vi ha offeso? Perdono. Vi umiliate a chi avete offeso? Mi umilio. Non volete adunque per ultimo ricevere i Sacramenti, come conviensi ad uom cristiano, per armarvi contro le tentazioni dell'inimico,

e contro i pericoli dell' Inferno? Volentierissimo gli riceverò, se voi Padre, vi compiacerete di amministrarmeli. Ma sapete pure che questo non si potrà se prima non licenziate da voi quella giovane? Oh questo non posso, Padre. non posso. Ohimè che dite? non posso? perchè non potete? e potete e dovete, signor mio caro, se volete salvarvi. Io dicovi che non posso.

Et Dantes inducit viduam quamdam cum Trajano Imperatore sermocinantem:

. . . . Signor, fammi vendetta
Del mio figliuol ch' è morto, ond' io m' accoro.
Ed egli a lei rispondere: Ora aspetta
Tanto ch' io torni. Ed ella: Signor mio,
Come persona in cui dolor s' affretta,
Se tu non torni? ed ei: chi fia dov' io,
La ti farà; ed ella: l' altrui bene
A te che fia, se 'l tuo metti in oblio?
Ond' elli: or ti conforta, che conviene
Ch' io solva il mio dovere anzi ch' io mova:
Giustizia vuole, e pietà mi ritiene.

CAPUT X.

DE FIGURIS SENTENTIARUM AD MOVENDUM IDONEIS

§. I.

De Exclamatione.

Quid est Exclamatio?

R. Exclamatio ea est, quae conficit significationem doloris aut indignationis. Hac vehementiores animi motus solemus exprimere vocis elatione seu contentione, et interjectione vel adhibita vel subaudita, vehementiorem animi affectum significamus, reique magnitudinem exprimimus. Ita Tullius ora-

tione 1. in Catilinam per summam indignationem sic exclamat:

O tempora! o mores! Senatus haec intelligit, Consul videt: hic tamen vivit. Vivit? Imo etiam in Senatum venit.

Et in Oratione 2. in Antonium.

O miserum me! consumptis enim lacrymis, infixus tamen pectori haeret dolor.

Mirum in modum facit Exclamatio ad significandam indignationem doloremque ex re atroci conceptum, ut Tullius pro Coelio.

Proh Dii immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis aut connivetis, aut praesentis fraudis poenam in diem reservatis?

Num et misericordiae servit Exclamatio?

R. Servit etiam misericordiae. Ita pro Sylla.

O miserum et infelicem diem illum, quo consul, omnibus centuriis P. Sylla renunciatus est! O fallacem, o volucrem fortunam! O caecam cupiditatem! O praeposteram gratulationem! quam cito illa omnia ex laetitia, et voluptate ad luctum et lacrymas redierunt!

Et pro Milone.

O terram illam beatam, quae hunc virum exceperit; hanc ingratam, si ejecerit; miseram, si amiserit!

Sic etiam perfidus ille Sinon Trojanorum misericordiam exclamando captat.

Heu! quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt
Accipere? Aut quid jam misero mihi denique restat?

Potestne laetitiam animi Exclamatio exprimere?

R. Aliquando etiam laetitiam, animique hilaritatem exprimit Exclamatio. v. g. Cicero ad Atticum.

O suaves epistolas tuas, uno tempore mihi datas duas! quibus evangelia quae reddam, nescio; deberi quidem plane fateor.

Evangelia vero (si quaeris) erant merces allati jucundi nuntii; vel etiam sacrificia et supplicationes, quae pro laeto nuntio decerni olim a Romanis consueverant.

Num et ironice accipi potest Exclamatio?

R. Denique Exclamatio servit interdum Ironiae. Ita Tullius:

O praeclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum!

Et in Pisoniana:

O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Scipiones, Marcellos, Maximos! O amentem Paulum! rusticum Marium! nullius consilii patres istorum amborum consulum, qui triumpharunt.

Affer nonnulla exempla exclamationis ex Poetis latinis.

R. Exclamatio index doloris habetur in Virgilio Aeneid 2.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore! . . . .

Exclamatio indignationis est in Horatio;

Eheu cicatricum et sceleris pudet
Fratrumque! . . . .

Exclamationem miserationis praebet Virgilius 6. Aeneid.

Eheu, miserande puer, si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris.

Admirationis exclamationem Flaccus affert;

Eheu quantus equis, quantus adest viris
Sudor! quanta moves funera Dardanae
Genti!

Desiderium indicat haec Ovidii in Epistola Penelopes;

O utinam! tum cum Lacedaemona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis.

Afferas velim nonnulla italica exempla.

R. Exclamationem doloris exhibet Jacobus Passavantes:

E o me lasso! che ora intendo quello che occupato nel piacere del peccato, e inteso a' sottili sofismi della lògica non intesi!

Indignationis exhibet Paulus Segnerus:

E fia dunque espediente a Gerusalemme che Cristo muoja? Oh folli consigli! Oh frenetici consiglieri!

Idem et miserationis exhibet:

Quanti sono che si pentono d'essersi vendicati! Quanti ancora si attristano di aver vinto!

Admirationis Boccaccius suppeditat.

O quanti gran palagii rimasero vuoti, e quante memorabili schiatte si videro senza successor rimanere!

Paulus Segnerus hilaritatis causa exclamat:

Oh ingresso fortunato d' un anima nella gloria! Oh giorno di allegrezza! Oh dì di trionfo!

Et desiderii causa:

Oh potess' io questa mattina avanti a' vostri occhi spalancare tutto l' inferno!

Cedo poetarum italicorum exempla.

R. Exclamationem doloris indicem habemus in Boetio italice reddito a Benedicto Varchio.

Ohimè sventuroso, ohimè lasso!
  Quanto è sorda la morte a chi la chiama
  D' ogni ben privo, e d' ogni speme casso.

Exclamationem indignationis exhibet Dantes:

Ahi Pisa, vitupero delle genti
  Del bel paese là, dove il sì suona!

Miserationis idem:

. . . . Guardate ed attendete
Alla miseria di maestro Adamo.
Io ebbi vivo assai di quel che volli,
Ed ora lasso! un gocciol d'acqua bramo.

Admirationis idem:

Oh ombre vane fuor che nell'aspetto!

Et desiderii:

Oh felice coluí cu'ivi elegge!

Et idem alio loco:

Oh gioja, oh ineffabile allegrezza!
Oh vita intera d'amore e di pace!
Oh senza brama sicura ricchezza!

Quibus potissimum in locis utendum est Exclamatione?

R. Adhibenda est praesertim in amplificatione, in perorationibus, et ubi res magnas auditori persuaseris. Exclamare enim in rebus minutis frigidum esset ac puerile.

§. II.

De Epiphonemate.

Quid est Epiphonema?

R. Est exclamatio sententiosa, quae fieri solet post rem aliquam insignem vel narratam vel probatam. Ut cum Virgilius, post narratos classis Trojanae labores, sic exclamat sententiose:

Tantae molis erat Romanam condere gentem!

Sic etiam Lucretius lib. 1. post commemoratum exemplum Agamemnonis filiam suam Iphigeniam immolantis, hac gravi sententia claudit narrationem;

Tantum Relligio potuit suadere malorum!

Simile est illud Ciceronis in libro de Senectute...

Senectutem ut adipiscantur, omnes optant; eamdem accusant adepti; tanta est inconstantia, stultitia atque perversitas!

Sic etiam Virgilius, postquam apum in melle conficiendo industriam laboresque descripsit, hoc addit Epiphonema:

Tantus amor florum, et generandi gloria mellis!

Itemque hoc 2. Georgicorum.

. . . . Adeo a teneris consuescere multum est!

Et in alio loco, de crudeli atque impio Polymnestore loquens;

Fas omne abrumpit; Polydorum obtruncat, et auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames?

Exhibe exempla ex italicis scriptoribus.

R. Paulus Segnerus affirmans multos esse qui domus locupletandae causa animam perdunt, dicit:

Perdiamo l' anima purchè s' ingrandisca la casa: sì: o miseri, voi non capite al presente ciò che voglia dire perdere l' anima!

Et Petrarca humanarum rerum vanitatem ostendens exclamat:

O ciechi, il tanto affaticar che giova?
Tutti tornate alla gran madre antica,
E il nome vostro appena si ritrova.

§. IV.

De Interrogatione,

Quid est Interrogatio?

R. Interrogatio figura est, quae non ad sciscitan-

dum, sed ad urgendum instandumque, et ad vehementiorem affectum exprimendum fit, dum aliquem interrogamus. Ita Cicero Catilinam urget hisce verbis.

Patere tua consilia non sentis? Constrictam jam horum omnium conscientia teneri conjurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii caeperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

Quibus sane interrogationibus Catilinam multo aerius pungit Cicero, quam si frigide diceret. Patent, Catilina, tua consilia; conjuratio tua omnium conscientia constricta tenetur; quid egeris, nemo ignorat. Similiter poterat dicere Virgilius:

Ipse ego te vidi Damonis, pessime, Caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca.

Sed plus spiritus nervorumque habet haec interrogatio;

Non ego te vidi Damonis, pessime, Caprum
Excipere insidiis?

etiam in lib. 4. Aeneid. per Interrogationem Dido urget Aeneam:

Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
Posse nefas? tacitusque mea decedere terra?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

Affer exempla ex Italicis.

R. Paulus Segnerus hoc modo instat.

Voi lo sapete certo? (di avere a morire) Com'è possibile? Dite: e non siete voi quelli, che jeri appunto scorrevate per la città così festeggianti, quali in sembianza di amante, qual di frenetico, e quale di parassito? Non siete voi che ballavate con tanta alacrità

nei festini? Non siete voi che v'immergevate con tanta profondità nelle crapole? Non siete voi che vi abbandonavate con tanta rilassatezza dietro a' costumi della folle Gentilità?

Et Dantes:

Dunque ch' è? perchè, perchè ristai?
Perchè tanta viltà nel core allette?
Perchè ardire e franchezza non hai?
Poscia che tai tre donne benedette
Curan di te nella corte del cielo,
E 'l mio parlar tanto ben t' impromette?

Et apud Tassum;

. . . . Perchè si cessa?
Perchè la guerra omai non si rinnova
A liberar Gerusalemme oppressa?

§. V.

De Subjectione.

Quid est Subjectio?

R. Est figura, qua idem interrogat, suaeque interrogationi respondet. Hujus schematis clarissimum est lumen, atque ad res insinuandas et suadendas cum quadam vi et brevitate aptissimum. Sic Tullius pro Lege Manilia:

Quid tam novum, quam adolescentulum privatum, exercitum difficili reipublicae tempore conficere? Confecit: huic praeesse? Praefuit: rem optime ductu suo gerere? Gessit. Quid tam praeter consuetudinem, quam homini adolescenti, cujus a senatorio gradu aetas longe abesset, imperium atque exercitum dari, Siciliam permitti, atque Africam, bellumque in ea administrandum? Fuit in iis Provinciis singulari innocentia, aequitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit.

Et in Oratione pro Rege Dejotaro.

Quid ait medicus? Nihil de veneno. An Dejotarus, re illo tempore non perfecta continuo dimisit exercitum? Nullus erat alius insidiandi locus.

Horatius lib. 1. Epistolarum.

Fervet avaritia, miseraque cupidine pectus?
Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, et magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? Sunt certa piacula, quae te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.

Et apud Virgilium Dido morte deliberata ferocior:

. . . . Moriemur inultae?
Sed moriemur, ait. Sic, sic juvat ire sub umbras.

Cedo exempla ex italicis scriptoribus.

R. Albertus Lollius etiam in Oratione ad Paulum III. hoc usus est schemate.

È la Germania da infiniti travagli oppressa? la quieterete: trovasi dall' ambiziosa superbia, e gare de' Principi fieramente percossa ed afflitta? la ricreerete: sono i miseri popoli per le continue esazioni e gravezze consumati e disfatti? li ristorerete: sentesi la maestà dell' Impero indegnamente offesa? la vendicherete: hanno i maliziosi uomini co' loro capricci la verità delle scritture offuscata? la illuminerete.

Et Petrarca denique:

Che parlo? O dove sono? E chi m' inganna?
Altri, ch' io stesso, e il desiar soverchio.

§. VI.

De Obsecratione.

Quid est Obsecratio?

R. Obsecratio, ut nomen ipsum per se satis in-

dicat, fit cum alicujus sive Dei, sive hominis opem imploramus. Hoc schemate mirum in modum utitur Tullius pro Rege Dejotaro.

Quamobrem hoc nos primum metu, C. Caesar, per fidem, et constantiam et clementiam tuam libera, ne residere in te ullam partem iracundiae suspicemur. Per dexteram te istam oro, quam Regi Dejotaro hospes hospiti porrexisti; istam, inquam, dexteram, non tam in bellis et in praeliis, quam in promissis et fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renovare voluisti: te ejus Dii penates acceperunt: te amicum, et placatum Dejotari regis arae focique viderunt.

Vehemens est etiam atque flexanima Palinuri ad Aeneam obtestatio apud Virgilium Aeneid. 6.

Quod te per coeli jucundum lumen et auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Juli,
Eripe me his, invicte, malis. Aut tu mihi terram
Injice, namque potes, portusque require Velinos;
Aut tu, si qua via est, si quam tibi Diva creatrix
Ostendit (neque enim credo sine numine divum
Flumina tanta paras, Stygiamque innare paludem)
Da dextram misero, et tecum me tolle per undas.

Ejusdem generis est vehementissima illa Amatae ad Turnum Obsecratio Aeneid. 12.

Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatae
Tangit honos animum: spes tu nunc una senectae,
Tu requies miserae: decus imperiumque Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit.
Unum oro, desiste manum committere Teucris.

Haec figura, prae coeteris, vehemens est, et in perorationibus potissimum solet adhiberi.

Cedo exempla italica Obsecrationis.

R. Splendidissimum habemus exemplum in Concione 5. Pauli Segneri :

Dio mio, illuminate voi queste menti, ammollite voi questi cuori: perciocchè a me non dà l'animo di ottenerlo, benchè spirassi genuflesso a' lor piedi l'ultimo fiato. Non mi dà l'animo, dico, non mi dà l'animo. Ma perchè? perchè essi sieno indurati? perchè sieno perfidi? perchè sieno protervi? Ah no, mio Dio: ma perch'io son peccatore. E come mai volete voi ch'io commuova verun che mi ode, se forse io sono il peggiore fra quei che mi odono? Voi dunque, voi pietosamente venite a supplir per me; e concedetemi questa mattina un favore, ch'io vi addimando: donatemi almeno un'anima. Un'anima almeno, un'anima, Signor mio, delle tante che trovansi qui presenti; e sia qual volete. Io ve la chieggo per quel sagratissimo sangue che avete sparso su questo tronco di Croce; per quelle lividure, per quelle piaghe, per quelle pene, per quelle sì crudeli agonìe che per noi patiste. O me felice, se io fossi degno di fare questa mattina sì grande acquisto! Quanto vi ringrazierei! quanto vi loderei, quanto di cuore benedirei, o mio Signore, la bontà vostra! Sì dunque, sì che almeno una io voglio sperarne.

Et Tassus ita inducit Armidam opem Godefridi implorantem:

Per questi piedi, onde i superbi e gli empi
Calchi: per questa man che il dritto aita;
Per l'alte tue vittorie, e per quei tempi
Sacri, cui desti, e cui dar cerchi aita:
Il mio desir tu, che puoi solo, adempi,
E in un col regno a me serbi la vita
La tua pietà . . . .

§. VII.

De Imprecatione.

Quid est Imprecatio?

R. Est execratio qua malum imprecamur alicui vel etiam nobismetipsis. Tale est illud Ciceronis pro Dejotaro:

Dii te perdant, fugitive. Ita non modo nequam et improbus, sed etiam fatuus et amens es.

Et in Antonium:

Quin tu abi in malam rem, malumque cruciatum.

Tale est etiam illud Didonis in Aeneam:

. . . . Si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est,
Et sic fata Jovis poscunt: hic terminus haeret:
At bello audacis populi vexatus et armis
Finibus extorris, complexu avulsus Juli,
Auxilium imploret, videatque indigna suorum
Funera; nec, quum se sub leges pacis iniquae
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.

Exhibe exempla italica.

R. Luculentum imprecationis exemplum Paulus Segnerus nobis obtulit in Concione 3. cui titulus *Diligite inimicos vestros:*

Pera il miserabile che niega a Cristo una dimanda sì giusta (qual è di dar perdono ai nemici), e questo sangue che lo doveva salvare, questo il condanni. Non trovi pietà, non impetri misericordia. Cada egli, prevalgano i suoi nemici, rimanga vedova la sua sposa, sieno orfani i suoi figliuoli, i suoi nipoti vadano tutti raminghi dalle loro terre, senza trovare nè tetto che li accolga, nè veste che li ricopra. Si estermini la sua casa, si dissipi la sua roba, si disperga il suo nome.

Et apud Tassum ita Armida imprecatur Reginaldo.

Vattene pur, crudel, con quella pace
Che lasci a me: vattene iniquo omai:
Me tosto ignudo spirto ombra seguace
Indivisibilmente a tergo avrai.
Nova furia, co' serpi e con la face
Tanto ti agiterò, quanto t' amai.
E s'è destin ch'esca dal mar, che schivi
Gli scogli, e l'onde, e che alla pugna arrivi;
Là tra il sangue e le morti egro giacente
Mi pagherai le pene, empio guerriero,
Per nome Armida chiamerai sovente
Negli ultimi singulti: udir ciò spero
. . . .

Solemne est etiam illud Dantis exemplum:

Giusto giudizio dalle stelle caggia
Sovra il tuo sangue, e sia nuovo ed aperto
Tal che il tuo successor temenza n'aggia.

Cedo exempla Imprecationis qua in nostrum caput execramur.

R. En illud quo Dido apud Virgilium sibi imprecatur, et aliud Torquati Tassi, quo Armida imitata Didonem, et ipsa sibi imprecatur:

Sed mihi vel tellus, optem, prius ima dehiscat;
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Ante pudor, quam te violem; aut tua jura resolvam.

Ah! che fiamma dal cielo anzi in me scenda,
Santa onestà, ch' io le tue leggi offenda.

§. VIII.

De Dubitatione.

Quid est Dubitatio?

R. Dubitatio est schema, quo Orator fluctuans

animique pendens dubitat aliquandiu quid sibi agendum dicendumve sit. Ita Scipio apud Livium milites alloquitur quasi dubitans:

Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat; quos ne quo nomine quidem appellare debeam, scio. Cives? qui a patria vestra descivistis: an milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis: hostes? corpora, ora, vestitum, habitum civium agnosco; facta, dicta, consilia, animos hostium video.

Est etiam apud Ciceronem egregium aliud ejusdem schematis exemplum in Oratore:

Utrum difficilius, aut majus esset negare tibi saepius idem roganti, an efficere id quod rogares, diu multumque, Brute, dubitavi. Nam et negare ei quem unice diligerem, cuique me charissimum esse sentirem, praesertim et justa petenti, et praeclara cupienti, durum admodum mihi videbatur: et suscipere tantam rem, quantam non modo facultate consequi difficile esset, sed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar esse ejus, qui vereretur reprehensionem doctorum, atque prudentium.

Habes etiam breve, sed luculentum Dubitationis exemplum in illis Tiberii verbis apud Tacitum in Annalibus:

Quid scribam, P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, Dii me Deaeque pejus perdant, quam perire quotidie sentio, si scio.

Illustre omnino dubitationis exemplum suppeditat nobis Virgilius, cum Didonem ita dubitantem inducit:

En quid agam: rursus ne procos irrisa priores
Experiar, Nomadumque petam conuubia supplex,
Quos ego sum toties jam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes atque ultima Teucrum

Justa sequar? quia ne auxilio juvat ante levatos,
Et bene apud memores veteris stat gratia facti? . . .
An Tyriis omnique manu stipata meorum
Insequar? Et quos sidonia vix urbe revelli,
Rursus agam pelago, et ventis dare vela jubebo?

Italicorum Scriptorum exempla afferas.

R. Ita Speronius in Oratione Funebri:

Ma la mia Orazione da qual parte delle sue lodi prenderà il suo principio? Ove avrà ella il suo fine? e con qual ordine ragionando trascorrerà le altre doti di questa illustre Signora?

Et Paulus Segnerus:

Ma povero me troppo sono rimaste deluse le mie speranze! . . . . . . Che dovrò far io dunque dall'altro lato? Dovrò cedere? Dovrò ritirarmi? Dovrò abbandonarvi in seno al peccato? Anzi così mi assista Dio favorevole a' miei pensieri, come io tanto più mi confido di guadagnarvi.

Et Areostus ita inducit Olympiam dubitantem:

Tu mi hai lo stato mio, sotto pretesto
Di parentado, e d' amicizia, tolto:
Ben fosti a porvi le tue genti presto,
Per aver il dominio a te rivolto.
Tornerò in Fiandra, ove ho venduto il resto
Di che io vivea, benchè non fosse molto,
Per sovvenirti, e di prigione trarte?
Meschina! dove andrò? non so in qual parte.
Debbo forse ire in Frisia, ov' io potei,
E per te non vi volsi, esser regina?
Il che del padre e dei fratelli miei,
E d' ogni altro mio ben fu la ruina
. . . .

Et Tassus pari modo Reginaldum dubitantem inducit:

Or che farà? dee sull' ignuda arena
Costei lasciar così tra viva e morta?
Cortesia lo ritien, pietà l' affrena
Dura necessità seco nel porta.

Quid sequitur interdum a Dubitatione?

R Nonnumquam Dubitationem sequitur electio, quae fit nimirum, cum is qui dubitat subito consilium capit, quasi oborta sibi nova quadam luce. Ita Dido apud Virgilium postquam diu dubitasset, hoc consilium capit:

Quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem.

Videre hoc licet etiam in exemplo Segneri quod attulimus:

Anzi così mi assista Dio ecc.

§. IX.

De Correctione.

Quid est Correctio?

R. Correctio, seu Retractatio, est schema, quo Orator sententiam, aut vocem a se prolatam retractat, ac veluti corrigit. Ita Cicero pro Coelio:

O stultitiam! Stultitiamne dicam, an impudentiam singularem?

Et prima Catilinaria:

Quamquam quid loquor? Te ut ulla res frangat? Tu ut unquam te corrigas? Tu ut ullam fugam meditere? Tu ut ullum exilium cogites? Utinam tibi istam mentem Dii immortales donarent.

Sic etiam Terentius in comoedia, quae inscribitur *Heautontimorumenos* miserum senem Menedemum sic loquentem inducit:

Filium unicum adolescentulum
Habeo. Ah! quid dixi habere me? Imo habui, Chreme:
Nunc habeam, nec ne, incertum est.

Exempla italica velim audire.

R. Ita Paulus Segnerus:

Benchè presunzione diss'io? Audacia, audacia, così dovea chiamarla; se non anzi insensata temerità.

Et Petrarca in laudibus Mariae Virginis:

Vergine saggia, e del bel numer una
Delle beate Vergini prudenti;
Anzi la prima, e con più chiara lampa.

Hoc schemate utimur saepe ad docendum, ut videre licebit apud hujus generis scriptores. Nonnulla exempla tamen hic afferemus. Ita Tassus de arte poetica:

Dante in quel suo volume, che della volgare eloquenza intitolò, tutti i poemi in tre specie divide . . . . . . Ma con pace di Dante sia detto, se egli è pur lecito che nel sonetto concetti gravi e magnifici abbiano luogo, sarà parimenti lecito che le parole sieno gravi, e magnifiche.

Et Franciscus Zannottus:

Molti hanno raccolto con somma diligenza le parti eziandio più minute, di cui si compongono tutti gli stili, senza lasciar quello, di cui ora parliamo, assegnando a ciascuno certo numero e certa misura di parole e di sillabe: e fino la qualità delle lettere. Ermogene fu eccellente in queste minutezze. Noi però non crediam necessario andar tanto innanzi. Basta bene che il discorso grande e magnifico, se sarà veramente tale, presentandosi all'animo, si farà tosto conoscere per sè medesimo.

§. X.

De Comunicatione.

Quid est Comunicatio?

R. Est figura, qua Orator, causae suae confidens, deliberat cum iis ipsis, apud quos, vel contra quos

dicturus est, illos nimirum consulens quid acturus sit. Egregium hujusmodi exemplum habes in Verrina 2. ubi Cicero summam causae suae fiduciam ita demonstrat:

Nunc ego vos consulo quid mihi faciendum putetis. Id enim consilii profecto taciti dabitis, quod ego mihi necessario capiendum intelligo.

Et pro Caecina:

Quaero si te hodie domum tuam redeuntem homines armati, non modo limine, tectoque aedium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohiberent, quid acturus sis?

Cedo exempla italica.

R. Antonius M. Salvini Ciceronem imitatus ita ait;

A voi stessi, o Sapientissimi Giudici, chiedo consiglio, che cosa stimate ch' io debba fare. E tale certo lo mi darete, quale si è quello, ch'io stesso intendo di dover prendere necessariamente.

Et Paulus Segnerus:

Che deve far Venceslao con quel ferro in mano? Su consigliatelo. S' egli non vuol rimaner disarmato, dovrà ficcarglielo in seno, o serbarlo intatto? Io vi dirò schiettamente ciò ch' egli fece.

Haec figura aptior Oratoribus quam poetis est, et raro ab his usurpatur.

§. XI.

De Sustentatione.

Quid est Sustentatio?

R. Est figura, qua Orator, ad conciliandam sibi attentionem, et ad excitandos, erigendosque audi-

torum animos, illos tenet aliquandiu suspensos, incertosque quid dicturus sit: ut cum Tullius ait contra Verrem;

Etiam num mihi expectare videmini, judices, quid deinde factum sit..... expectate facinus quam vultis improbum; vincam tamen expectationem omnium.

Habes illustre sustentationis exemplum in Odo 2. lib 4. Horatii:

Quem tu, Melpomene, semel
  Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor Isthmius
  Clarabit pugilem: non equus impiger
Curru ducet Achaico
  Victorem, neque res bellica Deliis
Ornatum foliis ducem,
  Quod regum tumidas contuderit minas,
Ostendet Capitolio:
  Sed quae Tibur aquae fertile perfluunt,
Et spissae nemorum comae
  Fingent Aeolio carmine nobilem.

Affer italorum exempla.

R. Paulus Segnerus a sustentatione initium ducit exordii in 1. Concione.

Un funestissimo annunzio son qui a recarvi, o miei riveriti uditori; e vi confesso, che non senza una estrema difficoltà mi ci sono addotto, troppo pesandomi di avervi a contristare sì altamente fin dalla prima mattina, che io vegga voi, e che voi conosciate me. Solo in pensare a quello che dir vi devo, sento agghiacciarmisi per grande orrore le vene. Ma che gioverebbe il tacere? il dissimulare che varrebbe? ve lo dirò.

Et Areostus:

Chi mi darà la voce, e le parole
  Convenïenti a sì nobil soggetto?

Chi l'ale al verso presterà, che vole
Tanto, che arrivi all'alto mio concetto?
Molto maggior di quel furor, che suole,
Ben or convien che mi riscaldi il petto:
Che questa parte al mio Signor si debbe,
Che canta gli avi, onde l'origin' ebbe.

Num est alius hujus figurae usus?

R. In summa animi perturbatione hoc schemate utimur ad dicendum aliquid vel dictu mirabile, vel atrox, et excitata auditorum expectatione, quasi dicendo abhorrentes, tunc apertius dicimus. Ita apud Virgilium:

Tertia sed postquam majore hastilia nisu
Aggredior, genibusque adversae obluctor arenae,
(Eloquar, an sileam?) gemitus lacrimabilis imo
Auditur tumulo, et vox reddita fertur ad aures:

Et Vincentius Monti in Basvilliana:

Perocchè dal costoro empio furore
A gittar strascinato (ahi! parlo o taccio?)
De' ribaldi il capestro al mio Signore,
Di man mi cadde l'esecrato laccio.

§. XI.

De Apostrophe.

Quid est Apostrophe?

R. Est schema quo sermonem ad aliam personam, vel quasi personam convertimus, quam instituta ratio requirat. Hac Orator Deum, Superos, absentes compellit, ac mortuos excitat, ac quoque sensu carentia, quum opus sit, alloquitur. Non tamen crebrius usurpanda; sed si ex affectuum commotione oriatur et opportune cadat, incredibile dictu est, quantam vim orationi addat, et quantum auditorum

animos perstringat. Si vero inepta sit et frigidiuscula, venustate omni carebit, auctoremque crimine ignoratae artis culpabit.

Cedo exempla latina.

R. Ita Cicero pro Milone:

Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro Republica sanguinem effudistis, Vos in viri et civis invicti appello periculo, Centuriones, vosque milites; vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, et huic judicio praesidentibus, haec tanta virtus ex hac urbe expelletur?

Et in Oratione 1. in Catilinam:

Tum tu, Jupiter, qui iisdem, quibus haec urbs auspiciis a Romulo es constitutus, quem statorem hujus urbis, atque imperii vere nominamus, hunc et hujus socios a tuis aris, caeterisque templis, a tectis urbis, a moenibus, a vita fortunisque omnium civium arcebis; et omnes inimicos bonorum, hostes patriae, latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria societate conjunctos, aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

Denique in Oratione pro Cornelio Balbo quum de Pompejo diceret:

Vos denique mutae regiones imploro, et sola terrarum ultimarum; vos maria, portus, insulae, littoraque. Quae est enim ora, quae sedes, qui locus, in quo non exstent hujus tum fortitudinis, tum animi, tum consilii impressa vestigia?

Ita Virgilius Æneid. lib. 2.

. . . . pereunt Hypanisque, Dymasque
Confixi a sociis; nec te tua plurima, Panthu,
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

Et in eodem libro:

Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.

Et in lib. 4. Dido moriens:

Dulces exuviae, dum fata, deusque sinebant,
Accipite hanc animam, meque his exolvite curis.

Denique in lib. 10 notissima est illa Mezentii Apostrophe ad equum suum nomine Rhoebum:

Rhoebe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus . . . .

Cedo exempla italica.

R. Joannes Casa in Oratione ad Carolum V.

O gloriose, o bennate, o ben avventurose anime, che nella pericolosa ed aspra guerra della Magna seguiste il Duca, e di sua milizia foste . . . . . e dalle fatiche e dalle miserie del mondo vi dipartiste, vedete ora in che dolente stato il vostro Signore è posto.

Et Paulus Segnerus:

O Sansone, Sansone, e dov' è ora quella virtù che rendevati sì temuto? quella virtù, dico, con cui ti spezzavi d' intorno i lacci di nervo, quasi fossero stoppe mostrate al fuoco: e ti recavi in collo le porte della città, quasi fossero bronzi dipinti in tela? Non sei tu quegli che sfidavi a lottar teco i lioni, e ne lasciavi i cadaveri in preda alle api? Non sei tu, che fugavi gl' interi popoli? Non sei tu, che spiantavi gl' interi campi? E come dunque i cagnuolini si fanno ora beffe di te co' lor latrati, e a te non dà pur l' animo di acchetarli?

Et Dantes:

O avarizia, che puoi tu più farne;
Poi c' hai 'l sangue mio a te sì tratto,
Che non si cura della propria carne?

Et Petrarca:

Chiare fresche dolci acque,
Ove le belle membra
Pose colei che sola a me par donna;

Gentil ramo, ove piacque
(Con sospir mi rimembra)
A Lei di fare al bel fianco colonna;
Erbe e fior che la gonna
Leggiadra ricoverse
Con l' angelico seno,
Aer sacro sereno,
Ove amor co' begli occhi il cor mi aperse;
Date udïenza insieme
Alle dolenti mie parole estreme.

Et Areostus dicturus acerbam mortem filii cujusdam ducis Sorae ad caedem praesentis, ita patrem alloquitur per Apostrophem:

Che cor, Duca di Sora, che consiglio
Fu allora il tuo? che trar vedesti l' elmo
Fra mille spade al generoso figlio;
E menar preso in nave, e sopra un schelmo
Troncargli il capo? Io ben mi maraviglio,
Che darti morte lo spettacol solo
Non potè, quanto il ferro al tuo figliuolo.

§. XII.

De Prosopopoeja.

Quid est Prosopopoeja?

R. Prosopopoeja est fictio personae, seu schema, quo personae mortuae, vel absenti, aut etiam rei sensu carenti sermonem tribuimus, per quamdam licentiam oratoriam: v. g. cum inducimus loquentem Urbem, Provinciam, Angelum, Beatum, Parietem, aliaque id genus. Nulla extat figura, quae magis orationem efferat, et quae ad augendum, excitandum, ac movendum sit aptior. Sed in primis custodiendum est, ut quae inanimis quoque, et mutis rebus verba tribuimus, et sint accomodata, et sint gravissima.

Affer exemplum aliquod ex Latinis Scriptoribus.

R. Ita Cicero in Divinatione contra Verrem inducit Siciliam insulam loquentem:

Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret. Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit: quod in unaquaque re beneficio Senatus, populique R. juris habui, id mihi tu, C. Verres, eripuisti, atque abstulisti.

Sic etiam in 1. Catilinaria ita loquentem Patriam inducit:

Quae tecum, Catilina, sic agit, et quodammodo tacita loquitur. Nullum jam tot annos facinus extitit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi uni multorum neces, tibi vexatio direptioque sociorum inpunita fuit, ac libera. Tu non solum ad negligendas leges, et quaestiones; verum etiam ad evertendas, perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen ut potui, tuli: nunc vero me totam esse in metu, propter te unum; quidquid increpuerit, Catilinam timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe. Si verus, ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Haec si tecum, ut dixi, Patria loquatur etc.

Virgilius etiam Aeneid. lib. 2. inducit Aeneam appellantem Iliacos cineres, et suae virtutis laborisque quasi testes adhibet.

Iliaci cineres, et flamma extrema meorum,
Testor, in occasu vestro, nec tela, nec ullas
Vitavisse vices Danaum, et si fata fuissent;
Ut caderem, meruisse manu.

Celebris est apud Lucanum illa Patriae Prosopo-

poeja, quae Julio Caesari juxta fluvium Rubiconem apparens, illum a civili bello dehortatur.

Jam gelidas Caesar cursu superaverat Alpes,
Ingentesque animo motus, bellumque futurum
Coeperat. Ut ventum est parvi Rubiconis ad undas,
Ingens visa Duci Patriae trepidantis imago
Clara, per obscuram vultu moestissima noctem
Turrigero canos effundens vertice crines,
Caesarie lacera, nudisque adstare lacertis,
Et gemitu permixta loqui: Quo tenditis ultra?
Quo fertis mea signa, viri? Si jure venitis,
Si cives, huc usque licet.

Affer exempla italica.

R. Bina exempla exhibet Tassus: in altero Clorynda jam coelo recepta Tancredo apparet et solatur: in altero miles Danus morte Sveni regis sui narrata, ita testes acceptae cladis ossa regis sui et vulnera adhibet, optime Virgilium imitatus, ut videre est ab exemplo superiore.

Ed ecco, in sogno, di stellata veste
Cinta gli appar la sospirata amica:
Bella assai più; ma lo splendor celeste
L' orna, e non toglie la notizia antica.
E con dolce atto di pietà le meste
Luci par che gli asciughi, e così dica:
Mira come son bella e come lieta,
Fedel mio caro; e in me tuo duolo acqueta.

Voi chiamo in testimonio, o del mio caro
Signor sangue ben sparso, e nobil' ossa,
Che allor non fui della mia vita avaro,
Nè schivai ferro, nè schivai percossa:
E se piaciuto pur fosse là sopra
Ch' io vi morissi, il meritai con l' opra.

Joannes Casa in Oratione ad Carolum V.
Questa terra, Sacra Maestà, e questi lidi parea, che

avessero vaghezza e desiderio di farvisi allo 'ncontro, ed il vostro travagliato e combattuto navilio soccorrere, e ne' loro seni e ne' lor porti abbracciarlo.

Et paulo post:

Ecco i vostri soldati, Sacra Maestà, e la vostra fortissima milizia fin dal cielo vi mostra le piaghe, ch' ella per voi ricevette; e vi prega ora, che il vostro grave sdegno si ammollisca.

Paulus Segnerus eo die, quo jejunium quadragenarium incipit, et Sacerdotes cinere sacro populum viritim inspergunt, in primae Concionis peroratione ita cineres sacros appellat:

A quelle ceneri adunque, a quelle ceneri appello, che abbiamo in capo: eccole qua, discopriamole, dimostriamole. Non le veggio io questa mane egualmente sparse, e su le chiome canute, e sui crini biondi? Ad esse adunque io mi riporto, esse dicano, esse sentenzino, se vi può essere temerità pari a questa: confessarsi mortale in ogni momento, e pur fidarsi di vivere alcun momento in colpa mortale.

Quid observandum est in Prosopopoeja?

R. Observandum est primo, hanc per tres gradus procedere. Prior Metaphorae similis est, cum inanimis rebus qualitates illae tribuuntur, quae animantium sunt. Ita Virgilius:

Aut conjurato descendens Dacus ab Istro.

Conjurati enim erant populi. Et Dantes:

Ciò che io vedeva mi sembrava un riso
Dell' universo.

Risus enim est hominis, non rerum. Secundus gradus est cum inanimis vel incorporeis corpus, motum, et actus concedimus. Ita apud Tullium:

Aliquando gladius ad occidendum hominem ab ipsis porrigitur legibus.

Et in Georgicis apud Virgilium ubi arbos alieno germine insita novos fructus parit:

> . . . . nec longum tempus, et ingens
> Exiit ad coelum ramis felicibus arbos,
> Miraturque novas frondes, et non sua poma.

Tertius gradus fit cum inanimis omnique sensu carentibus auditum, visum, vocem, verbaque tribuimus, vel etiam orationi nostrae, veluti respondentia inducimus. Ita Cicero:

> Silent leges inter arma, nec se expectari jubent.

Et Torquatus Tassus in venustissima Ode in qua animam inducit Dei amore flagrantem, ita exorditur:

> Liete piante beate,
> Verdi erbe e fior novelli,
> Che grati odori al ciel sempre spirate;
> Limpidi e bei cristalli,
> Che per amene valli
> Con dolce mormorio scherzando andate;
> Vaghi amorosi augelli,
> Che alla nuova stagion di ramo in ramo
> Gite cantando, io amo;
> Aure fresche soavi,
> Opre di quelle man, che adoro e bramo,
> Che sole han del mio cor ambe le chiavi,
> Deh! dite al mio Signore
> Com' ardo tutta del suo santo amore.

Quid aliud in Prosopopoeja animadvertendum?

R. Duo praesertim 1. Prosopopoejam, ex vehementioribus affectibus ortam, cum affectus vim remittat, et jam deficiat, produci non posse: tunc enim frigida, puerilis et ludicra fiet. 2. Non concedendum esse sensum, et verba nisi rebus, quae aliquid in se dignitatis habeant: nam si parvae, vel humiliores

loquentes inducas, vel cachinnum, vel indignationem auditorum excitabunt. Quis enim sanae mentis homo, aut crepidas, aut ungues, aut bacillum mortui hominis loquentes, sine ira et risu sustinere possit? Caveant ergo tyrones neque hoc uti audeant schemate, nisi in magnis verisque animi concitationibus. Si naturam audient, praeceptis etiam ignoratis, legibus artis parebunt.

§. XIII.

De Visione.

Quid est Visio?

R. Visio ea est per quam imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ac praesentes habere videamur. Hanc figuram qui bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus. Ita Tullius in quarta oratione contra Catilinam:

Videor enim mihi hanc urbem videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem: cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos acervos civium: versantur mihi ante oculos aspectus Cethegi, et furor in vestra caede bacchantis. . . . . tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum, atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco.

Et in Oratione pro Milone ita conversus ad Pompejum inquit.

Erit, erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, quum tu, salutaribus, ut spero, rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum immutatis (qui quam crebro accidat, experti debemus scire) et amicissimi benevolentiam, et gravissimi hominis fidem, et unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres.

Et Virgilius in 6. Aeneid. Sybilla hoc schemate utitur ut futura canat;

. . . . Bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.

Luculentissimum etiam exemplum exhibet in lib. I. Georgicorum:

Scilicet et tempus veniet, cum finibus illis
Agricola, incurvo terram molitus aratro
Exesa inveniet scabra robigine pila:
Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.

Et Tibullus lib. 2. Elegia 5. eamdem Sybillam inducit eventura recinentem.

Ecce super fessas volitat victoria puppes,
Tandem ad Trojanos diva superba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris;
Jam tibi praedico, barbare Turne, necem.
Ante oculos Laurens castrum, murusque Lavini est,
Albaque ab Ascanio condita longa duce.
Te quoque jam video, Marti placitura sacerdos
Ilia, vestales deseruisse focos.

Luculentissimum denique exemplum praebet Horatius in Ode 13. lib. I.

Pastor cum traheret per freta navibus: etc.

quod brevitatis caussa praetereo.

Cedo exempla ex vernaculis scriptoribus deprompta.

R. Joannes Casa hac usus est Visionis figura in Oratione 1. pro Foedere:

Vera cosa è ch' egli in tanta fiamma di desiderio e di avarizia a voi perdonerà, e struggendo, ed ardendo i membri e l' ossa della sua sconsolata e dolente Italia ad uno ad uno, l' onorata sua testa, cioè questa re-

gal città ed egregia, risparmierà forse. Ma oimè, che ella fuma già e sfavilla, e voi soli pare che l'arsura non sentiate.

Et Paulus Segnerus per *Visionem* amplificat sententiam hanc *minime expedire, ut Christus moriatur pro populo*, in exordio Concionis 33. Magnificum et illustre exemplum!

E fia dunque spediente a Gerusalemme che Cristo muoja? Oh folli consigli! Oh frenetici consiglieri! Allora io voglio, che voi torniate a parlarmi, quando coperte tutte le vostre campagne d'arme, e d'armati, vedrete le aquile romane far nido d'intorno alle vostre mura, ed appena quivi posate aguzzar gli artigli, ed avventarsi alla preda: quando udirete alto rimbombo di tamburi e di trombe, orrendi fischi di frombole e di saette, confuse grida di feriti e di moribondi, allora io voglio che sappiate rispondermi, se è espediente. *Expedit.* E oserete dir *expedit,* allora quando voi mirerete correre il sangue a rivi ed alzarsi la strage a monti? E oserete dir *expedit,* quando rovinosi vi mancheranno sotto i piè gli edifizij? Quando svenate vi languiranno innanzi agli occhi le spose? Quando, ovunque volgiate stupido il guardo, vi scorgerete imperversare la crudeltà, signoreggiare il furore, regnar la morte? Ah! non diranno già *expedit* que' bambini, che saran pascolo alle lor madri affamate: nol diranno quei giovani che andranno a trenta per soldo venduti schiavi: nol diranno que' vecchi che penderanno a cinquecento per giorno confitti in croce.

Et Dantes in Cantione Vigesima Purgatorii magnifice inducit Ugonem Capetum futura denunciantem:

Tempo vegg'io non molto dopo ancoi,
  Che tragge un'altro Carlo fuor di Francia,
  Per far conoscer meglio e sè e i suoi.
Senz'arme n'esce, e solo con la lancia
  Con la qual giostrò Giuda; e quella ponta
  Sì, ch'a Fiorenza fa scoppiar la pancia.

Quindi non terra, ma peccato ed onta
Guadagnerà, per sè tanto più grave,
Quanto più lieve simil danno conta.
L' altro, che già uscì preso di nave,
Veggio vender sua figlia, e patteggiarne,
Come fan li corsar dell' altre schiave.
O avarizia, che puoi tu più farne,
Poi che hai il sangue mio a te sì tratto,
Che non si cura della propria carne?
Perchè men paja il mal futuro e il fatto,
Veggio in Alagna entrar lo fiordaliso,
E nel Vicario suo Cristo esser catto;
Veggiolo un' altra volta esser deriso;
Veggio rinnovellar l' aceto e il fele,
E tra nuovi ladroni esser anciso;
Veggio il nuovo Pilato sì crudele,
Che ciò nol sazia, ma, senza decreto,
Porta nel tempio le cupide vele.
O Signor mio, quando sarò io lieto
A veder la vendetta, che nascosa
Fa dolce l' ira tua nel tuo segreto!

Vincentius Filicaja denique ita in Cantione pro obsidione Vindobonae vaticinatus est:

Ma sento, o sentir parme
Sacro furor, che di sè m' empie; udite.
Udite, o voi che l' arme
Per Dio cingete: al tribunal di Cristo
Già decisa in pro vostro è la gran lite.
Al gloriöso acquisto
Su su pronti movete: in lieto carme
Tra voi canta ogni tromba,
E trionfo predice: ite abbattete,
Dissipate, struggete
Quegli empi, e l' Istro al vinto stuol sia tomba:
D' alti applausi rimbomba
La terra omai: che più tardate? aperta
È già la strada, e la vittoria è certa.

Haec figura quae multis aliis figuris alitur, ut in superioribus exemplis videre licet, uberem dicendi copiam Poetis et Oratoribus suppeditat, et si rerum consequentiam perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem contineat, atque a mentis animive perturbatione ortum habeat, plurimum ad movendum valet.

§. XIV.

De usu Figurarum.

Quid est dicendum de usu Figurarum?

R. Non omne genus orationis hisce schematibus perpetuo indigere. Interdum enim nuda simplicitate oratio gaudet, et magis naturali quodam splendore nitet vigetque, quam Figurarum usu. Interdum etiam ad motus animi excitandos facilis et ingenuus sermo plus valet, resque melius potentiusque narrantur, nulla adhibita figura: Cum enim tu alicujus uti narrator infortunia exponas, praestabit simplex oratio. Nam nulla major vis est, quam ipsius naturae; nullus potior ornatus, quam simplicitas. Figurae denique si sponte non effluant, obstant, non adjuvant: cum enim vi venisse videantur, non sponte, frigidam et inanem orationem reddunt. Neque cum sponte veniant, frequentiores esse debent: oportet enim meminisse illas a comuni consuetudine loquendi abhorrere. Cum ergo frequentiores sint, onerant non exornant, venustatem et gratiam amittunt, non afferunt. *Ego illud*, ait Quintilianus, *de figuris adjiciam breviter, sicut ornant orationem opportune positae, ita ineptissimas esse, cum immodice ponuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, et viribus*

sententiarum, si vel inania verba in hos modos depravarint, summos se judicent artifices, ideoque non desinunt eas nectere; quas sine sententia sectari tam est ridiculum, quam quaerere habitum gestumque sine corpore. Sed ne hae quidem, quae recte fiunt, densandae sunt nimis. Nam et vultus mutatio, oculorumque conjectus multum in actu valet: sed si quis ducere os exquisitis modis, et frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur. Et oratio habeat rectam quamdam velut faciem, quae ut stupere immobili rigore non debebit, ita saepius in ea quam natura dedit specie continenda est. Sciendum vero in primis quid quisque in orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Major enim pars harum figurarum posita est in delectatione. Ubi vero atrocitate, invidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis, et pariter cadentibus et consimilibus irascentem, flentem, rogantem? Cum in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem et ubicumque ars ostentatur, veritas abesse videatur. (Institutionum oratoriarum lib. IX. Cap. III.)

CAPUT XI.

DE FINIBUS ET GENERIBUS ORATIONIS

Quot sunt orationis fines?

R. Tres, ait Cicero, sunt orationis fines. Nam 1. in docendo: 2. in delectando: 3. in movendo omnis oratio versatur. Quae cum ita sint, tria esse orationis genera, prono quidem alveo fluit, diversisque virtutibus illustranda. Cum enim ad docendum apta est oratio, intellectus sive mens motu omni

vel imaginationis vel affectuum remoto, hoc unum spectat, ut verum exponat, ita ut etiam a renuentibus intelligi possit. At cum a motibus imaginationis animive exoritur, tum aliam speciem praesefert, alioque cultu illustrari postulat. Quapropter distinguendum est prius, an mente quieta ad docendum, an perturbatae vi imaginationis ad delectandum, an exagitatis affectibus ad movendum aggrediamur.

Num haec tria genera orationis diversis in structura legibus et regulis nituntur?

R. Minime; eadem enim est unicuique generi structura, sed variis formis delectatur. Sunt quaedam virtutes omnibus orationis generibus comunes et propriae: sed unumquodque genus propriis veluti formis et aspectu gaudet. Nam oratio, quae ad docendum attinet, simplici elegantia et nitore contenta est: tenuioresque figuras et tropos exposcit: quae ad delectandum, si ab imaginatione oriatur, ut fere semper, formas habet proprias, quae figurae imaginationis, ut supra dictum est, appellantur: quae vero ad movendum, excelsiorem obtinent locum, vehementioribusque illis figuris, et coloribus conspicua est, de quibus haud breviter locuti sumus.

Quaenam sunt praecipuae orationis virtutes omnibus dicendi generibus comunes?

R. Tres praecipue, nempe 1. Perspicuitas, 2. Suavitas, 3. Dignitas; cum vero dignitatem dicimus, quodammodo etiam elegantiam et varietatem, quae in illa continentur, indicamus. Nunc de unaquaque singillatim loquemur.

Quid sibi vult Perspicuitas?

R. Perspicuitas quae princeps virtus orationis

nobis est, primo verbis propriis, apteque collocatis obtinetur, tum recto sententiarum ordine. Ita sermo et doctis probabilis, et planus imperitis erit. Quomodo in verbis perspicuitas servanda sit antea diximus, similis autem ratio est in rebus: nam si neque pauciora quam oportebit, neque plura, neque inordinata, aut indistincta usurpantes dixerimus, erunt dilucida, et negligenter quoque audientibus aperta. Ea enim vis perspicuitatis erit, ut in animum auditoris oratio, ut sol in oculos, etiamsi in eam non intendamus, occurrat.

Quid sibi vult Suavitas?

R. Ut verba ita collocemus, aut ut inter se aptissime cohaereant extrema cum primis, eaque sint quam suavissimis vocibus; aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiant orbem suum, ut comprehensio numerose et apte cadat.

Sed hoc maxime desiderat diligentiam ut fiat structura quaedam, nec tamen fiat operose: nam esset cum infinitus, tum puerilis labor, ait Tullius; nec tam minuta constructio appareat. Sed qua ratione fiat numerosa periodus, et quibus virtutibus illustretur, satis antea dictum est.

Quid denique sibi vult Dignitas?

R. Dignitas est, ait Cicero, quae reddit ornatam orationem varietate distinguens. Haec in verborum et in sententiarum exornatione dividitur. Verborum exornatio est, quae ipsius sermonis insignita continetur perpolitione: sententiarum exornatio est quae non verbis, sed in ipsis rebus quamdam habet dignitatem. Varietate animus recreatur, sicut in cibis, quorum diversitate reficitur stomachus, et pluribus minore fastidio alitur.

Quaenam est Exornatio verborum?

R. Cum oratio propriis ac usitatis verbis assecuta fuerit, ut perspicue ab omnibus intelligatur, quibusdam quasi coloribus pingenda, atque illustranda luminibus erit, ut et aures delectet, et mira quadam venustate animos legentium permulceat. Hos autem colores, et haec lumina afferunt orationi elegantia, tropi, et figurae verborum, ut illas praeteream, quae vulgo grammaticales appellantur, de quibus cum grammatici omnes praecepta tradant, nobis hoc loco reticendum erit. De tropis vero, et figuris satis dictum est supra.

Quid est Elegantia?

R. Elegantia ab *eligendo* nomen habet: ea est quae facit ut unumquodque pure et aperte, ut ait Cicero, dici videatur. Eligenda sunt ergo verba, ut elegantiam assequamur. Quaedam enim sunt venustiora, nobiliora, praestantiora, vel numero, vel vi, vel etiam urbanitate quadam a vulgari sermone sejuncta. Haec verba veluti flores orationem exornant, elegantemque efficiunt, si parce et apte adhibeamus, et jucundissimam varietatem inducunt.

CAPUT XII.

DE SENTENTIIS, ET ACUTE DICTIS

Num aliis rationibus illustrari potest Oratio?

R. Aliis certe potest, et pene dicam gravioribus, ut sunt sententiae, et acute dicta.

Quid est Sententia?

R. Sententiam veteres quod animo sensissent vocaverunt: sed consuetudo jam tenuit, ut mente con-

usarli e averli *(Pand.)*. Nulla si trova tanto contrario alla fama e grazia degli uomini, quanto l'avarizia *(Pand.)*.

Il tempo fugge e non s'arresta un'ora.
(Petrarca)

La vita è il fin d'una prigione oscura.
(Petr.)

Saggio cor poco piange, e poco ride.
(Testi)

Quid est custodiendum in sententiis?

R. Id praecipue custodiendum est, ne crebrae sint, nec palam falsae. Densitas earum obstat invicem. Hoc quoque accidit, quod solas captanti sententias, multas necesse est dicere leves, frigidas, ineptas: non enim potest esse delectus, ubi numero laboratur. Ego haec lumina orationis, inquit Fabius, velut oculos quosdam eloquentiae credo. Sed neque oculos esse toto corpore velim, ne caetera membra suum officium perdant.

Quodnam est discrimen sententiam inter et acute dictum?

R. Sententia pugna caret, et conflictu: acute dictum vero totum est in eo conflictu. Exempla subjicio de sententia pura, de acute dicto puro, et de utroque mixto. Sententia pura illa est, quae dicti quidem amplitudinem habet ac majestatem, sed contentione caret; sic dicitur apud Senecam:

Cogi qui potest, nescit mori.

Acuto dictum pure est contentio sine sententia, tale est apud eumdem Senecam illud Hecubae:

Ille tot regum parens
Caret sepulchro Priamus, et flamma indiget,
Ardente Troja.

Animadvertendum est autem hujusmodi acute dicta cum de rebus gravioribus dicas satius esse non usurpare: neque crebrius in tenuioribus adhibenda, quod oratio nimium artificiose elaborata facile frigescit.

Sententia mixta est, cui annexa est contentio, tale est illud:

Avaro tam deest quod habet, quam quod non habet.

Seposita enim contentione viget tamen sententiae vis et dignitas: idemque est ac si diceretur.

Avarus nemo dives.

Sed de his sufficiat: nunc nobis tractandum de amplificatione qui major ornatus habetur, et postea de nonnullis orationis generibus, in quibus Tyrones praecipue sunt exercendi, dicemus.

CAPUT XIII.

DE AMPLIFICATIONE

Quid est Amplificatio?

R. *Amplificatio* (ut Tullius docet) *est ornatus quidam orationis, tum ad illustrandum, et augendum, tum etiam ad extenuandum aliquid et deprimendum:* sive est oratio, quae versat saepe multis modis eamdem et unam rem, et haeret in eadem, commoraturque sententia. Quare summam laudem eloquentiae esse amplificare rem ornando, omnes uno ore consentiunt. Inepte igitur prorsus ac ridicule faciunt qui amplificationem cum vulgo aiunt esse orationem, quae ex parvis magna facit; seu quae res exiguas verbis exaggerat, et in majus

tollit. Nil putidius est, quam mendaciis, inanibus verbis, ac pigmentis supra meritum rem augere, et, ut ait Horatius, *nubes et inania captare*. Ut enim facete ajebat Spartanorum Rex Agesilaus: *ego pessimum eum sutorem arbitrabor semper, qui magnos calceos pedibus parvis inducat.*

Quare vulgatam amplificationis definitionem refellimus?

R. Quia non est universalis, sed peculiaris et propria *perorationis*. Cum enim Cicero in Partitionibus de peroratione sermonem habet, asserit eam esse in duas partes divisam, nempe, amplificationem et enumerationem, et tum illam amplificationis definitionem affert, quae vulgo usurpatur. Amplificatio est gravior quaedam affirmatio, quae motu animorum conciliat in dicendo fidem. Nos autem cum non de perorationis amplificatione, sed de omnigena loquamur, peculiarem hanc respuimus, et universalem accepimus, id est unicuique generi, et parti accomodatam. De hac peculiari sermo erit in Arte Oratoria, cum de peroratione dicemus.

Cedo illustria quaedam latina exempla amplificationis hujusmodi.

R. Cicero mirifice amplificat hanc sententiam, *Deus est qui regit omnia*, his verbis:

Quid potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum caelum suspeximus, caelestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo haec regantur? *(De Nat. Deor.)*

Et in oratione pro Archia Poeta ita utilitatem literarum humaniorum exaggerat. Poterat enim dicere: *Literae omnes vitae humanae aetates exornant.*

Verum quanto melius splendidiusque hoc modo dixit, per amplificationem?

Si ex literis delectatio tantum peteretur, tamen hanc animi remissionem humanissimam, et liberalissimam judicaremus. Nam ceterae artes, neque temporum sunt, neque aetatum omnium, neque locorum. Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent; delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi neque attingere, neque sensu nostro gustare possumus, tamen ea mirari debemus etiam cum in aliis videamus.

Luculentissimum etiam habes in atrocissima illa Didonis adversus Aeneam abeuntem querela. Poterat Dido simpliciter et nude Aeneam appellare *durum inhumanum ferreum*; sed querimoniam illam sic amplificat mirifice Virgilius Aeneid: lib. IV.

Talia dicentem, jamdudum aversa tuetur,
Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
Luminibus tacitis, et sic accensa profatur;
Nec tibi Diva Parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

Sic etiam lib. 2. poterat Aeneas exiliter, et jejune dicere se amissam conjugem Creusam clamoribus maximis per noctis tenebras appellasse: verum rem ita verbis exaggerat:

Ausus quin etiam voces jactare per umbram,
Implevi clamore vias moestusque Creusam
Nequidquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.

Denique ad ipsam Aeneidos calcem idem Maro Turni mortem sic amplificat:

. . . . Ast illi solvuntur frigore membra:
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Cedo illustria quaedam exempla italica.

R. Paulus ille noster in Concione XV. mirifice amplificat hanc sententiam = incredulitatem impiorum fontem esse malorum omnium quae in mundo patimur.

Che si è fatto con questa incredulità, se non costringere Dio a fulminar que' castighi ch' ei minacciava per non giungere all' atto di fulminarli? Questa incredulità sommerse il mondo scorretto nel Diluvio dell' acque, quando non diè fede a Noè che lo prediceva. Questa chiamò sopra i perfidi Sodomiti piogge di foco, quando derisero la parola di Lot, che lo significò. Questa condusse i contumaci Egiziani a naufragare nell' Eritreo, quando induraronsi a quei portenti del Cielo che precederono. Questa condannò innumerabili Israeliti a morir nella solitudine, quando sprezzavano le proteste di Mosè, che lo presagiva. Questa costrinse debellati gli Assirii a perire sotto Betulia, quando sdegnaronsi della libertà di Achior che lo denunziava. E piaccia a Dio che non sia questa, quella che nel secolo nostro ci fomenta nel seno tante calamità, ci sottopone il dorso a tanti flagelli.

Mira eloquentiae arte, et vix incredibili in Concione XXXVIII. sententiam amplificat, quae ab ipsa amplificatione sublimitatem attingit. Cum enim vellet auditoribus horrorem anteactae vitae incutere et dicere = *Si crederem inter auditores meos esse nonnullos, quibus animo inhaereret ad malas vitiorum consuetudines reverti, arrepta cruce in limine portae, omni alio aditu negato, Christum Crucifixum illis conterendum pedibus offerrem*: = magnificentia et splendore, quo nihil majus apud Graecos et Latinos, ita locutus est:

Se però io mi credessi trovarsi in questa Chiesa ancora alcuno, che tutto ciò disprezzando, disegnasse, uscito di qui, di ritornar come prima, alle usanze me-

desime di peccare: mi pare, che io questa mane dovrei risolvermi di venir, come s'usa ne' mali estremi, a qualunque estremo rimedio: e però parmi che io non mi potrei contenere di non imitare l'ardire di una tal vergine, e levato questo Santissimo Crocifisso, vorrei andare a colcarlo su quella soglia. Indi chiuso ogni altro passo, e tolto ogni altro adito, vorrei di colà gridare tutto voce, tutto lagrime, e tutto fuoco: Sù, che si aspetta? Uscite, o miseri, uscite, che vi stanno ansiose attendendo le vostre pratiche: uscite, che vi richiamano a terminare quegl'impuri discorsi i vostri compagni: uscite, che vi ricercano a effettuare quegli iniqui traffichi i vostri corrispondenti: ma se volete passare, questa è la strada. Vedete voi queste membra sì languide? mirate voi queste piaghe così profonde? Sopra di queste avete a mettere i piedi, ed a calpestarle. Che dubitate? Questo è quel Cristo, nelle cui pubbliche offese solete voi collocare ordinariamente i vostri principali diletti. Vi giace innanzi, straziatelo a piacer vostro, premetelo, pestatelo, conculcatelo. Egli ha le mani inchiodate, non dubitate che vi gastighi: ha le labbra mutole, non temete che si risenta. Anzi andate pur felici, ch' egli rimarrà frattanto a scontare con le sue pene i vostri diletti. Voi andrete a posarvi su agiate piume: egli si rimarrà a spasimar su duro patibolo. Voi andrete ad inghirlandarvi di molli fiori: egli rimarrassi a languire fra acute spine. Voi andrete a passare le ore in piacevoli trattenimenti: egli si rimarrà a numerarle fra mortali agonie. Potete fare di questo misero corpo ciò che a voi piace, perchè, come confessa egli stesso di bocca propria, è già divenuto lo scherno di tutti i popoli, il bersaglio di tutte le lingue, il lezzo di tutti i piedi. *Conculcaverunt me inimici mei tota die* (*Ps.* 55. 3.). Cristiani, s' io questa mattina per l' ultima volta facessi questa gran novità, e parlassi in questa inaudita maniera, credete voi, che si dovesse ritrovare taluno sì temerario, che accettando l' invito, passasse su questo Crocifisso animo-

samente, e per andare a peccare non temesse di conculcarlo?

Dantes ille noster Homerus, cum dicere vellet, jam horam diei extremam defluxisse, et noctis tenebras ingruere, ita mirifico apparatu rem expressit.

Era già l' ora che volge il desio
A' naviganti, e intenerisce il core
Lo dì che han detto ai dolci amici addio:
E che lo nuovo peregrin d' amore
Punge, se ode squilla di lontano,
Che sembra il giorno pianger che si muore.

Angelus Politianus suavissimus inter italicos poetas et mirificae elegantiae magister, ita per amplificationem ver advenisse dicit:

Zeffiro già di bei fioretti adorno
Avea da' monti tolta ogni pruina:
Avea fatto al suo nido già ritorno
La stanca rondinella peregrina:
Risonava la selva intorno intorno
Soavemente all' ora mattutina:
E l' ingegnosa pecchia al primo albore
Giva predando or uno or altro fiore.

Quomodo fit Amplificatio?

R. Veram amplificandi doctrinam attigisse fateor Longinum Rhetorem Graecum, qui in suo de sublimitate libro affirmat, *amplificationem esse quae rebus magnitudinem affert*, et ideo in augendo consistere, sexcentisque figuris ali. Omnes enim figurae amplificationi mirifice inserviunt, cum mens sive motibus imaginationis sive affectus excitata, aliquid illustrare studet. Sed ut Fabii, quo magistro perpetuo et libentissime utimur, doctrinam sequamur, dicemus quatuor potissimum modis orationem exaggerari

posse. Quatuor maxime generibus, inquit, video constare amplificationem 1. incremento, 2. comparatione, 3. ratiocinatione, 4. congerie.

Quid est Amplificatio per incrementum?

R. Est ea, qua Oratio veluti per gradus videtur augeri, et ascendere donec ad summum pervenerit. Ita Tullius Verris crudelitatem eo per incrementum deducit, ut verba explanando crimini non ultra suppeditent.

Facinus est, *inquit*, vincire civem Romanum: prope parricidium necare. Quid dicam in crucem tollere? Nihil addi jam videtur ad hanc amentiam, improbitatem, crudelitatemque posse.

Vide etiam quomodo per gradus et per incrementum assurgat oratio in hac sapientissima Senecae Sententia in epistola ad Lucillum:

Magna vitae pars elabitur male agentibus: maxima nihil agentibus: tota aliud agentibus.

Ita Passavantes noster:

Una fiata (un giovane) vincendo il dolore la vergogna, si andò a confessare al Priore del Monistero di san Vittore. Posto a piè del prete tanto dolore di contrizione fu nel cuore, tanti sospiri nel petto, tanti singhiozzi nella gola, tante lagrime negli occhi, che la voce gli venne meno, ed in veruna maniera non potea formare la parola, colla quale potesse i suoi peccati confessare.

Quid est Amplificatio per comparationem?

R. Est ea quae fit per unam vel per multas comparationes, vel per plures. Fiet Amplificatio per plures comparationes si dicas v. g. cum Tullio in Pisonem:

Ego non te vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste aut Athamante dementiorem putem?

Ita in oratione 3. in Cat. Tullius mirifice per comparationem hanc sententiam amplificat: *Semper apud Romanos in honore esse debere diem illum quo Respublica servata est*:

Etsi non minus nobis jucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quam illi, quibus nascimur, quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta conditio, et quod sine sensu nascimur, cum voluptate conservamus; profecto quoniam illum, qui hanc urbem condidit, ad Deos immortales benevolentia famaque sustulimus, esse apud vos posterosque vestros in honore debet dies is, qui eamdem hanc urbem conditam amplificatamque servavit.

Vide quanta verborum sententiarumque copia ex comparatione illustravit orationem, et magnificam, at pene dicam locupletiorem reddit.

Addito etiam pulcherrimam istam juvenis Pallantis a Turno occisi cum flosculo decerpto comparationem, quam Scaliger quovis nectare dulciorem non veretur appellare.

Hic juvenem agresti sublimem in stramine ponunt,
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violae, seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit.

Quam comparationem alia addita, arripuit Areostus parique felicitate usus est, cum de Dardinello moriente diceret:

Come purpureo fior languendo more
Che il vomere al passar tagliato lassa,
O come carco di soverchio umore
Il papaver nell' orto il capo abbassa:
Così giù dalla faccia ogni colore
Cadendo, Dardiniel di vita passa;
Passa di vita, e fa passar con lui
L' ardire, e la virtù di tutti i sui.

Ita Daniel Bartolus in *Geographia morali.*

Avviene ai disperati non altrimenti che a' cervi, al cui capo s'avventa un aquila cacciatrice e famelica, poco prima convoltasi nella rena, e afferratolo strettamente cogli artigli al piè delle corna, e spesseggiando il battergli dell' ali polverose sugli occhi spavento orribilissimo, e cecità in un medesimo tempo gli cagiona, ed egli per l'uno nabissa, e gettasi a un correre disperato, per l'altra non si vede innanzi, e non sa dove corra: ella tuttavia dibattendosi, e picchiandol col becco, il caccia fino a rovinar giù d'un balzo; e nel dar ch' egli fa la volta, ella si campa in aria sull' ali, e il misero in precipizio si sfracella, e riman pasto dell' aquila. Ahi la disperata povertà quanti ne getta in precipizio, e a dar per denari le malnate lor carni all' altrui libidinosa fame! Quanti ne conduce a discredere la provvidenza e Dio, il veder i suoi meriti non riconosciuti, e le altrui indegnità premiate!

Et Torquatus Tassus Epicorum omnium facile princeps.

Sai che là corre il mondo, ove più versi
Di sue dolcezze il lusinghier Parnaso,
E che il vero condito in molli versi
I più schivi allettando ha persuaso;
Così all' egro fanciul porgiamo aspersi
Di soave licor gli orli del vaso:
Succhi amari ingannato intanto ei beve,
E dall' inganno suo vita riceve.

Quid est Amplificatio per ratiocinationem?

R. Ea est, quae alibi posita, alibi valet: ut aliud crescat, aliud augetur, inde ad id, quod extolli volumus, ratio deducitur.

Objecturus, (*ait Fabius*) Antonio Cicero merum et vomitum:

Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria

totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi romani conspectu vomere.

Quid fauces, quid latera ad ebrietatem? Minime sunt otiosa. Nam respicientes ad haec possumus estimare quantum ille vini in Hippiae nuptiis exhauserit, quod ferre, et coquere non posset illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo si ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inusitatum nomen est ratiocinationis.

Ita cum Aeolus a Junone rogatus:

. . . . Cavum conversa cuspide montem
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto,
Qua data porta ruunt.

Apparet, quanta sit futura tempestas. Sic quoque solet ex alio aliud augeri, ut cum Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis. Et fortitudinem Gallorum, Germanorumque miramur, quo sit major Caji Caesaris gloria = Ita Paulus Seguerus improvisae repentinaeque mortis periculum amplificat, non ut in hac re valeat amplificatio, sed ut per *ratiocinationem* vim habeat ad ostendendam temeritatem illorum, qui vel uno horae momento in peccatis vivere auderent. Quo enim majus periculum ostendit, ita major temeritas est: quare periculo amplificato per *ratiocinationem* in temeritate viventis in peccato, amplificatio illa valet.

L' eccidio del vostro corpo non sol potrebbe essere prossimo, ma imminente. Potrebbe avvenire in questa settimana medesima che ora corre, in questa mattina, in questo momento, perchè la morte se ne va sempre armata di spada e d'arco. *Gladium suum vibravit, et arcum suum tetendit (Ps.* 7. 13.*)*. Colla spada colpisce i vec-

chi, che più non si possono riparare, colpisce i delicati, colpisce i deboli: con l'arco i giovani che superbi confidano nella fuga. E come dunque potrete giustificare la vostra temerità, se inutilmente lascierete trascorrere tempo alcuno, per minimo ch' egli sia? (*In Concione* 1. 6.)

Ita, ut potentiam malefici illius amoris, qui animos hominum exagitat, et saepissime humi sternit, conciperes, Politianus noster ita dixit:

Posa giù del lione il fiero spoglio
Ercole, e veste femminina gonna;
Colui che il mondo da grieve cordoglio
Avea scampato; ed or serve una donna:
E può soffrir d' amor l' indegno orgoglio,
Chi con gli omer già fece al ciel colonna:
E quella man con ch' era a tener uso
La clava poderosa, or volge il fuso.

Quem locum postea imitatus est magnus ille noster Torquatus hoc modo.

Mirasi qui fra le Meonie ancelle
Favoleggiar colla conocchia Alcide.
Se l' inferno espugnò, resse le stelle
Or torce il fuso: Amor sel guarda e ride.

Quid est Amplificatio per congeriem?

R. Ea est, quae coacervatis sententiis, et verbis idem significantibus, sed tamen progressione aliqua, rem describit et declarat. Nam etiamsi aperte per gradus non ascendant, tamen veluti acervo quodam allevantur. Neque solum verba, et sententiae sed et causae et effectus coacervantur, vel adjuncta, quae rem anteiverunt, vel comitantur, et circumstant, vel consequuntur. Ita ex coacervatione rerum Marcus Tullius Tuberonem aggreditur in oratione pro Ligario. Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Phar-

salica gladius agebat? Cujus latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens? Oculi? Manus? Ardor animi? Quid cupiebas? quid optabas?

Virgilius 4. Aeneid. noctem egregie describit amplificando res varias, quae noctem ferme consequuntur.

Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, sylvaeque et saeva quierant
Aequora: cum medio volvuntur sidera lapsu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaeque volucres,
Quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dumis
Rura tenent: somno positae sub nocte silenti
Lenibant curas et corda oblita laborum.

Et Aligherius noster ab antecedentibus:

Lo giorno se ne andava, e l' aer bruno
Toglieva gli animai che sono in terra
Dalle fatiche loro, ed io sol uno
M' apparecchiava a sostener la guerra
Sì del cammino, e sì della pietate
Che ritrarrà la mente che non erra.

Etiam Boccaccius noster hoc loco per adjuncta vim pestilentiae ostendit in Pestilentiae descriptione quae poene tota in aptis adjunctis moratur:

Nè fu una bara sola quella che due o tre ne portò insiememente, nè avvenne pure una volta, ma se ne sariano assai potute noverare di quelle che la moglie, e il marito, i due o tre fratelli, o il padre e il figliuolo e così fattamente ne contenieno. Ed infinite volte avveune che andando due preti con una croce per alcuno, si misero tre o quattro bare da portatori portate dietro quella; e dove un morto credevano avere i preti a seppellire, ne avevano sei o otto, e tal fiata più. Nè erano perciò questi da alcuna lagrima, o lume, o compagnia onorati; anzi era la cosa pervenuta a tanto, che non altrimenti si curava degli uomini che morivano, che ora si curerebbe di capre.

Quae sunt praecipuae amplificationis in oratione virtutes?

R. Ut rem declares illustresque, cum doceas; varietatem, et gratiam inducas cum delectes; vim, evidentiam, et magnificentiam quamdam afferas, cum ad movendum intendas. Expendendum est ergo in primis, quo genere orationis utaris, postea quid res, de qua agis, postulet: minutae enim et exiles amplificari minime patiuntur, et saepe, ut ait Horatius: *Ornari res ipsa negat contenta doceri.* Grandiores quoque nimia exaggeratione tument, et facile languescunt. Is igitur in rebus gravioribus amplificandi modus sit, qui grandem efficiat eloquentiam, et vehementes affectus.

Providendum est etiam, ut amplificatio sensim veluti per scalarum gradus ad majora procedat, neque ultra modum producatur, sed veluti sponte et suis viribus, non invite dilatata esse videatur.

Quid apprime in Amplificatione est vitandum?

R. Duo sunt in primis vitia, ac veluti scopuli quidam duo, in quos incurrere solent Tyrones, dum Orationem amplificant. Primus scopulus est illorum, qui minutissima quaeque singillatim, exiliter, et perexigue consectantur; quod certe est in oratione vitium vel maximum. Ut enim recte monet Cicero, in amplificationibus nihil est nimis tenuiter enucleandum, quia hic locus grandia potius quam exilia, minutaque requirit.

Quid aliud in Amplificatione vitabimus?

R. Alter scopulus est illorum, qui ad explendum orationis numerum, nihil nisi vacuas voces, et inanem verborum sonitum in illam infarciunt. Hoc vulgare vitium fugies, si nihil prorsus dicas, quod

vim, et pondus non addat orationi, et sensum non augeat. Quid est enim tam furiosum, (inquit Tullius in libro de Oratore) quam verborum vel optimorum sonitus inanis, nulla subjecta sententia? Et ut sapientissime praecipit Horatius in arte Poetica, sint tibi provisae, parataeque, et ad manum, ut ita dicam, sententiae: voces ipsae ultro sese offerent, et ad exprimenda animi sensa, nullo labore succurrent. *Verbaque provisam rem non invita sequentur.*

Quamquam, ut dicam id quod res est, si Tyroni peccandum sit in alterutram partem, malim certe ut, instar Ovidii, peccet potius ubertate quadam copiaque verborum, quam eorumdem jejunitate atque inopia: quia, ut optime notat Tullius, nimia haec et redundans verborum ubertas, et quasi luxuries stylo atque exercitatione brevi depascetur.

Quid de Diminutione dicendum est?

R. Et istam arbitror optimam eloquentiae partem esse, ejusque artificium minime negligendum. Saepe enim occurrunt tempora minuendi, et magno sunt oratoribus usui. Nos autem a Fabio verba mutuantes hoc tantum dicemus eamdem fere amplificandi et minuendi esse rationem. Nam totidem, inquit, sunt ascendentibus, quot descendentibus, gradus. Ideoque uno ero exemplo contentus ejus loci, quo Cicero de Oratione Rulli haec dicit:

Pauci tamen, qui proximi adstiterant, nescio quid illum de lege Agraria voluisse dicere suspicabantur.

Quod si ad intellectum referas, minutio est: si ad obscuritatem, incrementum. Nam si Tullius probare voluit, Rullum ab iis, qui proximi adstiterant, non fuisse intellectum, minutio est; si Rullianae orationis

obscuritatem quasi artificio quodam in verbis inductam exaggerare voluit, incrementum est. Dum enim alterum intelligis, Rulli culpa minuitur; dum alterum, augetur. Sed de amplificatione hactenus.

CAPUT XIV.

De Fabula.

Quid est Fabula?

R. Est Oratio falsa veritatem effingens. Talis est apud Horatium elegantissima illa fabella equi hominis opem adversus cervum implorantis:

> Cervus equum, pugna melior, communibus herbis
> Pellebat: donec minor in certamine longo
> Imploravit opes hominis, frenumque recepit,
> Sed postquam victor, violens discessit ab hoste,
> Non equitem dorso, non froenum depulit ore.

Vide quam solerter Horatius sub illis fabulae involucris, et quasi integumentis, verum ac rectum nos doceat: et nos repente a levi illa in speciem narratiuncula ad veritatem traducat, tribus illis qui sequuntur versibus:

> Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
> Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
> Serviet aeternum, quia parvo nesciet uti.

§ I.

De variis Fabularum Generibus.

Quot sunt genera fabularum?

R. Tria numerantur ab Aphtonio, et a Theone Sophista, qui Rhetoricas exercitationes, seu progymnasmata (sic enim appellant) Tyronibus admodum

utiliora nobis scripta reliquere. Tria igitur statuunt genera fabularum. Aliae sunt Rationales, aliae Morales, aliae Mixtae.

§. II.

De Fabula rationali sive Parabola.

Quid est Fabula rationalis sive Parabola?

R. Fabulae rationales sunt illae, quibus ad mores instruendos, fingimus ab homine dictum, vel factum quidpiam, quod tamen reipsa neque dictum fuit, neque factum; sed tamen dici, vel fieri omnino potuit. Hujusmodi sunt divinae illae parabolae de Virginibus decem, de Divite et Inope, de Filio Prodigo, aliaeque quibus Christus Dominus Apostolos et circumfusam plebem ad omnem virtutem erudiebat: *sine parabolis non loquebatur eis*, inquit sacra pagina: tum ut ad rudem populi captum se accomodaret: tum etiam in primis ut serviret Palaestinorum moribus ac consuetudini, apud quos nimirum hujusmodi parabolae majorem in modum erant usitatae, et unde in reliquas Orientis partes dimanarunt.

Rationales id genus fabulas, seu parabolas circiter duodecim habes in aureolo Phaedri libello.

Cedo exemplum.

R. Exemplo esto haec quam hic affero.

AESOPUS ET PETULANS

Aesopo quidam petulans lapidem impegerat:
Tanto, inquit, melius; assem deinde illi dedit,
Sic prosecutus: plus non habeo mehercule:
Sed unde accipere possis, monstrabo tibi.
Venit ecce dives et potens: huic similiter

Impinge lapidem, et dignum accipies praemium.
Persuasus ille fecit quod monitus fuit:
Sed spes fefellit impudentem audaciam:
Comprehensus namque poenas persolvit cruce.

Afferri quoque solet decantata haec de inepto quodam medico fabula rationalis.

MEDICUS SERO SAPIENS

Mortuum quemdam ad sepulturam afferri cum forte vidisset illius medicus clamore summo vociferatus: mortuus utique non fuisset ille, si usus esset medicaminibus, vinoque abstinuisset. Cui e circumstantibus quidam: Nac tu, inquit, sero admodum et inepte sapis, qui, quam debueras vivo, mortuo denique medicinam adhibeas.

Affer exempla italica fabulae rationalis.

R. Habes duo luculentissima.

DE LATRONE UXOREM DUCENTE

Essendo in una vicinanza un ladrone, con le sue male opere e da lungi e da presso per ciascuna parte tribolava, e teneva la gente in grande sospensione. Avvenne che prese moglie, onde la vicinanza faceva di ciò grande festa, rallegrandosi del nuovo parentado. Onde un savio e ricco uomo gli riprese della loro mattezza, ed ammonendogli con esempli, disse somiglianti parole. Il sole pattovì moglie, e sapendolo la terra, considerò provvedutamente dicendo, come solamente d' un sole non poteva scampare ch' ella non fusse riscaldata ed arsa: sicchè avendo il sole figliuoli non vedeva modo di potere resistere a tanta smisuranza di calore: onde pregò Iddio che il sole non avesse moglie.

Ammonisce ora l' autore per questa favola, che in parole, nè in opere non si presti ajuto a coloro che hanno male operato e malfatto, e apparecchiansi solo a malfare.

(Ex Fabulis Aesopi a Senensi quodam italice interpretatis)

MONS LUNAE

A piè d'un alto monte, la cui cima
Parea toccasse il cielo, un popol, quale
Non so mostrar, vivea nella valle ima.
Che più volte osservando la ineguale
Luna, or con corna, or senza, or piena, or scema,
Girar pel cielo al corso naturale;
E credendo poter dalla suprema
Parte del monte giungervi, e vederla
Come si accresca, e come in sè si prema:
Chi con canestro, e chi con sacco per la
Montagna cominciar correr in sù
Ingordi tutti a gara di tenerla.
Vedendo poi non esser giunti più
Vicini a lei, cadeano a terra lassi
Bramando invan d'essere rimasi giù.
Quei che alti li vedean da poggi bassi,
Credendo che toccassero la luna,
Dietro venian con frettolosi passi.
Questo monte è la ruota di Fortuna
Nella cui cima il volgo ignaro pensa
Ch'ogni quiete sia, nè ve n'è alcuna.

(Ex Areosto)

§. III.

De Fabula Morali sive Apologo.

Quid est Fabula moralis, seu Apologus?

R. Est illa, quae belluarum mores, et indolem exprimit, ad mores hominum informandos. Morales hujusmodi fabulae dicuntur *Aesopicae*, non quod Aesopum Auctorem habeant, ut vulgus existimat, cum longissime ante Aesopi tempora ab Homero, et Hesiodo fuerint usurpatae; sed quod fuerint valde in deliciis Aesopo, qui illas admodum inge-

niose tractavit. Interdum etiam non solum ferae, sed arbores quoque et plantae, mallei, incudes, aliaeque res hujusmodi loquentes inducuntur.

Exhibe exemplum.

R. Exquisitissimum fabulae moralis exemplum habes in his Phaedri Apologis.

RANA RUPTA, ET BOS

Inops potentem dum vult imitari, perit.
In prato quodam Rana conspexit bovem:
Et tacta invidia tantae magnitudinis
Rugosam inflavit pellem; tum natos suos
Interrogavit, an bove esset latior?
Illi negarunt: rursus intendit cutem
Majore nisu: et simili quaesivit modo,
Quis major esset? Illi dixerunt, bovem.
Novissime indignata dum vult validius
Inflare sese, rupto jacuit corpore.

CORVUS ET VULPES

Cum de fenestra corvus raptum caseum
Comesse vellet, celsa residens arbore,
Hunc vidit vulpes, deinde sic coepit loqui:
O! qui tuarum, corve, pennarum est nitor!
Quantum decoris corpore, et vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,
Emisit ore caseum, quem celeriter
Dolosa Vulpes avidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor.
Hac re probatur ingenium quantum valet;
Virtute semper praevalet sapientia.

Affer exempla Italica.

R. En *Simiarum et Avis* fabella ab Angelo Firenzuola descripta, et pulcherrima illa Ludovici Areosti *de Pyro et Cucurbita.*

SIMIAE ET AVIS

Nella amenissima valle di Bisenzio, quasi verso il fiume si ragunarono una notte sopra un arbore certe scimie; e com' e' fosse di verno, e il freddo grande, veggendo rilucere un di que' bacherozzoli, che i contadini chiamano lucciolati, i quali hanno quasi quel medesimo splendore che le lucciole, ma non volano, anzi si stanno appiattati per le siepi; pensarono che quella fosse una favilla di fuoco: laonde e' vi miser sopra di molte legna secche e un poco di paglia, e cominciarono a soffiare in quel baco per accender del fuoco. Erano albergati appunto la notte alcuni uccelli sopra di quell' arbore, tra' quali ve ne fu uno che gli venne compassione della vana fatica delle povere scimie; e però scendendo dell' arbore disse loro: Amici, il dispiacer ch' io piglio del non profittevol travaglio, che voi vi prendete per accender questo fuoco, mi ha mosso a venirvi a dire, che voi gittate via il fiato e il tempo, con ciò sia che quello che voi vedete rilucere non è fuoco, ma un animaluzzo che ha naturalmente quello splendore abbacinato, che voi vedete. Al quale una scimia più delle altre presuntuosa e forse pazza, disse: le poche faccende che tu hai, messer uccello, anzi ser uccellaccio, ti hanno fatto pigliare briga di quello che noi ci facciamo, come quello che non consideri quanto sia ufficio di sciocco il dare consiglio a chi non ne dimanda. Ritornati a dormire, e lascia la cura a noi de' fatti nostri: chè se tu non se' savio, tu potresti forse trovare quel che tu non vai cercando. Il semplice dell' uccello, che pensava pur colla sua importunità farle capaci dell' errore loro, due o tre volte si rimise a replicare il medesimo: in modo, che quella scimia montata in collera le saltò addosso, e se non che e' fù destro e valsesi del volare, ella ne faceva mille pezzi.

PYRUS ET CUCURBITA

Fù già una Zucca, che montò sublime
In pochi giorni tanto, che coperse
A un Pero suo vicin l' ultime cime.

Il pero una mattina gli occhi aperse,
  Che avea dormito un lungo sonno, e visti
 I nuovi frutti sul capo sederse,
Le disse: chi sei tu? come salisti
  Qua sù? dov' eri dianzi, quando lasso
  Al sonno abbandonai quest' occhi tristi?
Ella gli disse il nome, e dove al basso
  Fu piantata, mostrogli, e che in tre mesi
  Quivi era giunta accelerando il passo.
Ed io, l'arbor soggiunse, appena ascesi
  A questa altezza, poichè al caldo, e al gelo
  Con tutti i venti trent'anni contesi.
Ma tu, ch' a un volger d' occhi arrivi in cielo,
  Renditi certa, che non meno in fretta
  Che sia cresciuto, mancherà il tuo stelo.
. . . .
Questa similitudine sia indutta
  Più proprio a voi, che come vostra gioja
  Tosto montò, tosto sarà distrutta.

§. IV.

De Fabula Mixta.

Quid est Fabula Mixta?

R. Est ea, quae ex rationalis et moralis admixtione componitur, seu in qua homines cum brutis sermocinari finguntur. Egregium fabulae mixtae exemplum habemus in fabulis Gabrielis Faerni, qui fabularum suarum materiam deligens ex optimis antiquitatis auctoribus, virtutem mirifice commendavit.

PUER ET SCORPIUS

Captabat agiles forte locustas puer,
  Modo hanc, modo illam saltitantem persequens:
  Quas inter atro Scorpius viro tumens
  Errabat: hunc locustam opinatus puer,
  Dextram admovere coepit, ille subrigens

Caudam minacem, seque ad ictum comparans,
Manum abstine, inquit, insciens: aliter malo
Cogere veras quoque locustas mittere.
Tunc civitates ruere consuerunt, ubi,
Nequeunt probos ab improbis discernere.

Velim aliud Fabulae mixtae exemplum.

R. Aliud eximium fabulae mixtae exemplum reperies apud Justinum historiarum lib. 4. cap. 4. Hanc opportune adhibuit Regulus quidem ad concitandos veterum Gallorum animos contra Massilienses, qui ex Asia nuper in Ligurum regionem advecti, locique amoenitate capti, condendae urbis locum ab incolis precario impetraverant.

CANIS ET PASTOR

Canis aliquando partu gravida locum a Pastore precario petiit, in quo pareret: quo obtento, iterato petiit, ut sibi educare in eodem loco catulos liceret. Ad extremum, adultis catulis, fulta domestico praesidio, proprietatem loci sibi vindicavit. Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros.

Quantum porro valuerit haec fabula, continuo subjungit Justinus: *his*, inquit, *incitatus Rex insidias Massiliensibus extruxit.*

Affer exempla Italica fabulae mixtae.

R. En bina ferme egregia.

HERUS ET CANIS SENIO CONFECTUS

Essendo il cane armato dalla natura di leggierezza di piedi, e le mascelle di forti denti, e dello stato grazioso della gioventù, era molto gradito dal suo Signore, e quando tornava della caccia faceva avere di lui special cura, e quest' era per le sue grandi opere. Ed essendo il cane assalito dal doloroso stato della vecchiezza, fu privato il corpo della fortezza, e i piedi della leggierez-

za, e le mascelle disarmate de' forti denti. Ed andando alla caccia, rade volte gl' interveniva di pigliare alcuna preda; e quando la prendeva, per l' impotenza del corpo, e le disarmate mascelle, non la poteva tenere. Onde il suo Signore si levava ad ira, e disordinatamente il batteva, e con villane parole. Al quale il Cane rispose in tal maniera; infino a tanto che la mia dilettevole e prosperosa gioventù fu in me, niuna preda mi potè fuggire innanzi; ma la colpa di me vecchio dovrebbe esser difesa dalla grande lode della mia gioventù; e l' opere fatte nel tempo della prosperità dovrebbono essere scudo de' difetti della mia vecchiezza. Quando feci le gran cose, io era grande appresso a te: ma ora invecchiato sonti vile; e non fai memoria del ricevuto bene, e se lodi quello che fui, sconvenevole cosa è di biasimare quello che ora sono; e non è buona discrezione avere logoro il tempo della mia gioventù con lusinghe, ed ora in mia vecchiezza cacciarmi via.

Niuno amore dura, se non tanto quanto il frutto dell' utilità il conserva; e ciascuno è di tanto prezzo, quanto egli può servire.

(*Ex Fabulis Aesopi a Senensi quodam italice interpretatis.*)

SIMIA ET HERUS

Un gran Signore una sua scimia avea
Più, che altra cosa fosse al mondo, cara.
Questa gli disse un dì: siete contento
Ch' io con voi mangi a mensa? Ed ei, si sono.
Ed ella torna: datemi licenza
Ch' io vi salti anche addosso a far carezze.
Ed ei le dice: sì di questo ancora.
La bestia si consola,
Fa giuochi, fa pazzie,
Atti per mille vie,
E salta, e mostra i denti
A quei che son presenti,
E spinge il muso in fuori,
E fa mille lavori.

Un dice, brava; un, bella;
Ognuno dalle risa si smascella.
Essa di tanta lode
Insuperbisce e gode,
E tanto se ne gonfia finalmente,
Che d' esser scimia le va fuor di mente;
E tutto a un tratto scappa,
Finge baciar al suo padrone il viso
Per far un giuoco, ed un mustacchio strappa.
Ohi temeraria, il padron grida: questo,
Questo del mio ben far premio mi rendi?
Voglio mostrarti, attendi,
Pezzo di trista,
Quel che s' acquista
Con un padrone umano alzar la cresta:
Qua, qua bastoni.
Nè val che dell' error si mostri mesta;
Che bastonata
E mezza morta
Sbalestrata ne fu fuor della porta.
(*Ex Fabellis Gasparis Gozzi*)

§. V.

De legibus et artificio Fabulae.

Quaenam est prima ac praecipua Fabulae lex?

R. Prima haec est lex, ut fabula quaelibet adjunctam habeat suam interpretationem, qua moralis illius sensus breviter explicetur: quam interpretationem quasi fabulae animum ausim appellare. Haec interpretatio, si ponatur post fabulam, vocatur *affabulatio*, si vero ponatur initio vocatur *praefabulatio*, si ita loqui fas esset. Ceterum initio ne an fine ponas, non refert maximopere.

Quaenam est altera lex Fabulae?

R. Lex haec est, ut fabulae narratio sit perspicua, probabilis, brevis et jucunda. Verum de illis quatuor narrationis cum fabulosae, tum historicae virtutibus, itemque de figuris, quibus utraque potest illustrari, capite subsequenti dicturi sumus.

Quomodonam probabilis reddi potest, verique similis fabula, quae nimirum ficta semper res est, et commentitia, ac persaepe etiam incredibilis fideique prorsus absona: quales sunt Apologi, qui belluis humanum sermonem affingunt?

R. Fabulae quantumvis fictitiae quamdam tamen inesse probabilitatem, ac verisimilitudinem, si sua unicuique animanti servetur indoles ac suum ingenium: si vulpem faciam versipellem et subdolam: lupum rapacem et truculentum: agnum mitem, et simplicem, ac caeterae demum belluae germanis propriisque suis coloribus depingantur. Hinc sapienter monet Horatius in Arte Poetica, poetae mendacia ad veritatem accedere omnino debere.

> Ficta voluptatis causa sint proxima veris.

Et alio loco ejusdem Poeticae.

> Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
> Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

§. VI.

De utilitate Fabulae.

Quaenam est utilitas Fabulae?

R. Mirabiles quosdam usus habet fabula, si in loco et tempore adhibeatur, ut par est. Primo enim mirum in modum valet ad exhilarandos recreandosque auditorum animos, et ad conciliandam atten-

tionem, quae delectationi solet esse conjuncta. Hac arte sibi paravit olim attentionem Orator Demosthenes. Cum enim licet de rebus gravissimis agens, fastidiose tamen, et oscitanter audiretur ab Atheniensibus, hac eleganti fabella repente illorum aures et animos ad audiendum convertit.

ASINI UMBRA

(Fabula)

Adolescens aestivo tempore Athenis Megaram profecturus, asinum conduxit; cumque effervescente jam meridie, solis ardor coepisset esse vehementior, vitandi caloris causa sub asini ventrem se conjecit, ut umbram inde captaret. Ast Agaso qui locaverat Asinum, hinc hominem serio perturbare, asserens se nihil nisi Asinum, non vero Asini umbram locasse; alter contra affirmare se cum Asino pariter illius umbram conduxisse.

Cum autem vidisset Demosthenes captos hac fabula judices risu corruere, ac poene emori, discessum repente paravit, vel parare se finxit: sed rogantibus enixe Atheniensibus, ut fabulae quod reliquum erat perficeret = *Ita ne vero,* mutata voce inquit, *de asini umbra audire vultis, de rebus gravibus et seriis non vultis* ? = et illos hoc artificio ab oscitantia taedioque ad summam quamdam audiendi alacritatem traduxit.

Quaenam est altera utilitas Fabulae?

R. Fabula non solum valet ad delectandum, sed, quod caput est, facit etiam in primis ad docendum, ad movendum, et ad corruptos hominum mores emendandos. Hic etenim est quemadmodum philosophiae, sic etiam fabulae laudabilis scopus, ut utraque mortales ad honestatis, ac virtutis studium a vitio-

rum foeditate traducat. Sed Philosophus et Fabulator diversis itineribus eodem contendunt. Philosophus objurgat vitia palam, et aperte sine ambagibus et integumentis: unde offensi persaepe improborum animi salutare monitum aspernantur ac respuunt. *Castigatique remordent* = inquit Juvenalis = At Poeta vitium impugnat quasi aliud agens veluti per cuniculos, et monitorum austeritatem fabularum condimento mitigat: ut nempe captus ac delinitus innoxiae voluptatis illecebris animus salutarem medicinam libenter admittat, ut sapienter monet Lucretius.

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flavoque liquore,
Ut puerorum aetas improvida ludificetur,
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali facto recreata valescat.

Quid enim aptius v. g. ad inanium promissorum tumorem sine cujusquam offensione castigandum, quam haec laepidissima Phaedri de monte parturiente fabella?

MONS PARTURIENS

Mons parturibat gemitus immanes ciens;
Eratque in terris maxima expectatio:
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi
Qui magna cum minaris, extricas nihil.

Quo etiam ingeniose alludit Horatius in Arte Poetica.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Ad hanc fabulae utilitatem pertinet etiam quod ait idem Horatius in Satyra 1. lib. 1.

> Tantalus a labiis sitiens fugientia captat
> Flumina. Quid rides? mutato nomine de te
> Fabula narratur.

Quibus veterum exemplis probari potest Fabulam ad docendos animos, et affectus concitandos utilem esse?

R. Exemplo Menenii Agrippae, qui plebem Romanam, quae graviter offensa in montem Aventinum aliquando secesserat, ad patriam auctoritatem concordiamque revocavit narratiuncula Apologi de membris humanis adversus stomachum conspirantibus: et quod nec legum nec Magistratus auctoritas potuerat, id fictitiae narrationis blandimento perfecit. Apologum sic narrat T. Livius.

VENTER ET RELIQUA HUMANI CORPORIS MEMBRA

Tempore quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat, indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quaeri: ventrem in medio quietum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui. Conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Hac ira ventrem dum fame domare vellent, ipsa una membra, totumque corpus ad extremam tabem venisse. Inde apparuisse ventris quoque haud segne ministerium esse; nec magis ali, quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum pariter in venas, maturum confecto cibo, sanguinem. Comparando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis in patres, flexit mentes hominum.

2. Probare etiam poteris exemplo Stesichori et Aesopi. Aristoteles refert in secundo Rhetoricorum, Stesichorum cum Himerenses ducem exercitus sui cum summa potestate Phalarim creassent, atque illi custodes corporis dare constituissent, cum alia multa disseruisset, tandem eis hanc fabulam narrasse, quam italice conversam ab Annibale Caro munditie, et singulari elegantia hic referemus.

Stavasi prima il cavallo a godersi la prateria: venne un cervo a turbargli il suo pascolo: della quale ingiuria volendosi vendicare contro al cervo, dimandò l'uomo se potesse insieme con lui darnegli castigo. Sì bene (rispose l'uomo) quando tu pigliassi il freno in bocca, ed io ti salissi sopra con una lancia in mano. E consentendo il cavallo a questo, e montandogli l'uomo addosso, il cavallo invece di vendicarsi divenne servo dell'uomo. Ora guardate ancor voi, che volendovi vendicare de' vostri nemici, non v' avvenga come al cavallo. Voi vi siete già messo il freno, poichè avete dato l'imperio ad un Capitano. Se gli darete ora la guardia, e lascerete che vi cavalchi, sarete già fatti servi di Falari.

Aesopus etiam in Samo cum oratorem quemdam turbulentum defenderet, qui rei capitalis insimulabatur, vitaque periclitabatur, ita dixit:

Volendo una Volpe passare il fiume cadde in una fossa, e non potendone uscire patì lungamente e riempissi di mosche canine. Un riccio passando, per sorte la vide. E avendone compassione, le domandò, se voleva che le spiccasse quelle mosche da dosso. Gli rispose di nò. E replicando il riccio perchè? perchè (diss' ella) queste si sono già satolle sopra di me, e poco sangue mi succiano, e se tu me le levassi, verrebbero delle altre assetate, che mi beverebbero tutto il restante. Così dico a voi Samj, costui è ricco e per

questo non ci farà più danno. Ma se lo farete morire, sorgeranno degli altri che son poveri, i quali usurpando il nostro comune ci consumeranno.

Quid addendum de hujusmodi fabulis?

R. Hujusmodi fabulae, ait Aristoteles, sunt concionibus accomodatae, atque hanc in se commoditatem habent quod arduum est res gestas, et exempla iis, quae tractantur, similia invenire: fabulas autem facile est; nam eas ita fingere, sicuti collationes, licet, modo quis id quod simile est perspicere possit. Fabulae etiam facilius excogitantur: exempla tamen in deliberationibus longe utiliora sunt. De iis cum de narratione dicamus, prolixe disseremus.

CAPUT XV.

DE NARRATIONE

Quid est Narratio?

R. Est rei gestae, vel quasi gestae expositio. Dicitur rei *gestae*, vel *quasi gestae*, ut nempe narrationem tum Historicam, tum Fabulosam complectatur haec nostra definitio. Suum porro nomen traxit narratio ab antiquo, et obsoleto vocabulo *Narus*, hoc est *Sciens peritus*. Veteres enim dicebant *Narus* pro *Gnarus*, ut observat Varro libro quinto de Lingua Latina: *narro*, inquit, *dum alterum facio narum: a quo narratio, per quam cognoscimus rem gestam.*

Quaenam sunt virtutes Narrationis?

R. Tres praecipuae recensentur: Perspicuitas, Probabilitas, et Suavitas.

Cur inter narrationis virtutes brevitatem non numeramus?

R. Brevitatem hoc loco praetermittendam censuimus; nam haec virtus est illius narrationis, in qua causa, et omnis controversiae ratio continetur, nec non illius, quae exempli gratia adducitur, non hujus quae a causis remota delectationi dumtaxat, vel doctrinae inservit. Cum de narratione, quae est pars quaestionis sermo erit, tunc de brevitate dicemus.

Quomodo perspicua fiet Narratio?

R. Fiet perspicua

1. Si temporum servetur ordo, adeo ut quod primum gestum est, primum etiam referatur.
2. Si verbis propriis, et usitatis utamur.
3. Si res non interrupte narretur.
4. Denique si diligenter vitetur omnis verborum ambiguitas, qualis esset ista. v. g. *Ajunt Regem Pyrrhum Romanos vicisse.* Quis enim inde victor, quis victus intelligi possit?

Quantum porro eniti ac contendere debeat Orator, ut perspicue narret et aperte, facile intelligi poterit ex aureo illo Fabii Quintiliani praecepto: *Prima sit Orationis virtus perspicuitas.*

Quod si obscuritatis vitio laboret narratio, jure ac merito cadet in illius auctorem, quod de obscurissimo quodam scriptore jactatum est a nobilissimo Poeta:

Quid juvat obscuris involvere scripta latebris,
Ne pateant animi sensa? tacere potes.

Quomodo fiet probabilis Narratio?

R. 1. Si is, qui narrat, sit notae probitatis et fidei.

2. Si rei gestae seriem exponat sine fuco: qua simplicitate nimirum atque candore plus multo

valebit ad persuadendum, quam alii calamistris, lenociniis et hyperbole.

3. Si nihil appareat fidei absonum, et quod abhorreat a comuni hominum sensu; quia ut recte admonet Horatius in Arte Poetica:

Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Quod si forte rei verae, sed incredibili fidem facere velis, usurpare poteris sapiens illud cujusdam veteris dictum: *Multa esse vera, quae tamen non sunt verisimilia, et probabile omnino esse quamplurima contra probabilitatem contingere.*

4. Denique si clare aperteque exponas rerum circumstantias, et adjuncta personarum, locorum, ac temporum, unde vel maxime pendet facti probabilitas.

Qua ratione suavis reddetur Narratio?

R. Suavis erit

1. Si utamur verbis leniter, et numerose sonantibus.

2. Si apte collocentur.

3. Si quae narramus sint verisimilia, magna, nova, et inexpectata.

4. Si adhibeantur certae quaedam narrandi formulae Tullio perfamiliares; cum v. g. pro tempore praeterito praesens usurpatur: item cum plures infinitivi subaudito verbo junguntur, ut cum ait:

Rex primo nihil metuere, nihil suspicari, dies unus, et alter intercedere.

Ita etiam Caesar libro 1. de Bello Gallico:

Divitiacus multis cum lacrymis Caesarem complexus obsecrare coepit, ne quid gravius in fratrem statueret: scire se illa esse vera, nec quemquam ex eo plusquam se doloris capere. *Supple, dixit.*

Ita Virgilius in mirificis hisce versibus libro VI. Aeneidos.

At Danaum Proceres, Agamemnoniaeque Phalanges
Ut videre virum, fulgentiaque arma per umbras,
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
Ceu quondam petiere rates, pars tollere vocem
Exiguam: incoeptus clamor frustratur hiantes.

5. Denique suavis erit narratio, si diversis figuris illuminetur, et si habeat admirationes, expectationes, suspensiones, exitus inopinatos, et interpositos motus animorum, dolorem, laetitiam, metum, cupiditatem.

Quibus potissimum Figuris erit illuminanda Narratio, ut sit suavis?

R. Precipuae narrationis Figurae sunt *Hypotyposis, Suspensio*, sive *Sustentatio, Exclamatio, Communicatio* et *Sermocinatio*, sive *Dialogismus*. Harum omnium admirabile quoddam exemplum habes in jucundissima illa Narratione de Caci nece ab Hercule patrata apud Livium:

Herculem in ea loca, Geryone interempto, boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua, prae se armentum agens, nando trajecerat, loco herbido, ut quiete et pabulo laeto reficeret boves, et ipsum fessum via procubuisse. Ibi quum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset, pastor accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum, quum avertere eam praedam vellet; quia, si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant; aversos boves, eximium quemque pulchritudine caudis in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram somno excitus quum gregem perlustrasset oculis et partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent. Quae ubi omnia foras versa

vidit, nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi ex loco infesto agere porro armentum occepit. Inde quum actae boves quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit; quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, ictus clava, fidem pastorum nequicquam invocans, morte occubuit.

Nunc afferam narrationis exemplum a quodam libro Danielis Bartoli excerptum, in quo memorat adolescentis cujusdam gratum in praeceptorem animum his verbis:

V' è memoria d'un giovane a condizion di fortuna povero, e basso, ma per altezza d'animo, e nobiltà di spiriti grande al par di qualunque grandissimo, il quale poichè in parecchi anni di studio ebbe terminato il corso delle naturali scienze in Atene, sul ricondursi quinci alla patria già formato filosofo in quella famosa Università, presentossi a dare il comiato dell' ultima dipartenza al suo Maestro. Ma non così tosto gli fu davanti per soddisfare a quel debito, che sorpreso da una forte vergogna di sè medesimo, ebbe in abbondanza più lagrime agli occhi, che parole alla lingua; e pur tuttavia piangendo, disse: mai prima d'ora non essersi avveduto della sua povertà e sentirne il male, mentre gli toglieva il poter lasciare a chi tanto dovea, qualche segno dell'amor suo, qualche testimonianza della sua gratitudine. A cui il maestro, ciò (disse) non ti dia nè pensiero, nè pena, conciossiacosachè, nè a te per soddisfarmi, nè a me per chiamarmi ricompensato e pago di quanto mi se' debitore, si richiegga che tu sii nulla più ricco di quel povero che tu se': così ben puoi, tale essendo, scontar meco ogni tuo debito. Va dunque; e quando ritornato alla patria, e quivi disputando, esponendo, filosofando, insegnerai maestro nella tua, quel che nella mia scuola apprendesti discepolo: in sentirti perciò lodato di gran sapere, con-

fessa che l' imparasti da me. Con queste sole due parole mi avrai più largamente rimeritato, che se ora mi desti a cento doppi gemme ed oro, più di quel che io a te ho dato di filosofia, e di sapere.

§. I.

De variis Narrationum generibus, et selecta illarum exempla.

Quotuplex est Narrationis genus?

R. Triplex: alia est enim Narratio historica seu simplex, alia oratoria, alia poetica. Narratio historica illa est, quae rem gestam exponit veritati praesertim inserviens, posthabitis ornatibus et figuris; quare simplicem appellavimus. Oratoria vero, ut docet Tullius, triplex in genus dividitur. Alterum in quo ipsa causa et omnis ratio controversiae continetur (de quo non est hic dicendi locus). Alterum in quo digressio aliqua extra causam, aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis non alienae ab eo negotio de quo agitur, aut amplificationis causa interponitur (quod narrationis genus Aristoteles *exemplum* appellavit). Tertium est remotum a civilibus causis, quod delectationis causa, non inutili cum exercitatione dicitur, et scribitur. Poetica denique narratio ea est quae figmentis et luminibus omnibus imaginationis, servata probabilitatis lege, rem fictam vel quasi gestam exponit, ita ut animos poesis dulcedine captet, et sibi conciliet.

Quid differunt inter se haec tria narrationum genera?

R. 1. Hoc potissimum interest, quod Historicus, et Orator ordinem temporis, et rei gestae seriem in narrando sequantur et servent; contra quam facit Poeta, qui etiam a fine, aut a medio rem solet ordiri.

2. Hoc interest, quod Historicus veritatem consectetur, Orator verisimilitudinem, Poeta vero commentitiis etiam fabulis veritatem aspergat.

3. Denique hoc interest, quod Historica Narratio sit ferme simplex, brevis ac nuda: Oratoria sit ornatior, et fusior: Poetica vero ornamentis abundet, et omnibus artis coloribus picta sit, atque polita.

§. II.

Narrationis Historicae exempla.

Affer ex veteribus Latinis illustria quaedam exempla narrationis Historicae?

R. Instar omnium duo exempla hic referemus, alterum ex Commentariis Caji Julii Caesaris de Bello Gallico, libro 5. §. 44. Alterum ex Livii libro 1. in quibus omnes, quas diximus virtutes dotesque optimo jure miraberis.

PULFIO ET VARENUS.

Erant in ea legione fortissimi viri centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquarent, T. Pulfio, et L. Varenus. Hi perpetuas controversias inter se habebant, uter alteri anteferretur: omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. Ex iis Pulfio, cum acerrime ad munitiones pugnaretur: Quid dubitas, inquit, Varene? aut quem locum probandae virtutis tuae expectas? hic dies de nostris controversiis judicabit. Haec cum dixisset, procedit extra munitiones, et quae pars hostium confertissima visa est, in eam irrumpit. Ne Varenus quidem tum vallo sese continet, sed omnium veritus existimationem, subsequitur, mediocri spatio relicto. Pulfio pilum in hostes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem transjicit: quo percusso et exanimato hunc scutis protegunt hostes, et in

illum universi tela conjiciunt, neque dant regrediendi facultatem. Transfigitur scutum Pulfioni, et verutum in balteo defigitur. Avertit hic casus vaginam, et gladium educere conantis dextram moratur manum, impeditumque hostes circumsistunt. Succurrit inimicus illi Varenus, et laboranti subvenit. Ad hunc se confestim a Pulfione omnis multitudo convertit, illum veruto transfixum arbitrantur. Occursat ocyus gladio, cominusque rem gerit Varenus, atque uno interfecto, reliquos paulum propellit. Dum cupidius instat, in locum inferiorem dejectus concidit. Huic rursus circumvento fert subsidium Pulfio, atque ambo incolumes, compluribus interfectis, summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione et certamine versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset, neque dijudicari posset uter utri virtute anteferendus videretur.

BRUTUS CUM TARQUINII FILIIS CONSULIT ORACULUM

Brutus ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius, quam comes, aureum baculum inclusum corneo cavato ad id baculo, tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui. Quo postquam ventum est, perfectis patris mandatis, cupido incessit animos juvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Ex infimo specu vocem redditam ferunt; imperium summum Romae habebit, qui vestrum primus, o juvenes, osculum matri tulerit. Tarquinii, ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus responsi, expersque imperii esset, rem summa ope taceri jubent; ipsi inter se uter prior, quum Romam rediissent, matri osculum daret, sorti permittunt. Brutus alio ratus spectare Pythicam vocem, veluti si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit; scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset.

Quaeso et bina exempla Italica afferas.

R. Libentissime. Duo enim habeo, alterum ex

Mattheo Villani, in quo patriae charitatis virtus elucet, alterum ex aurea Francisci Giambullari historia, in quo mors Suembaldi Moravorum regis elegantissime exponitur.

AMOR PATRIS IN FILIUM

È ne parrebbe degno di riprensione lasciando in dimenticanza un caso occorso in questo tempo, perchè ci pare esempio di mirabile carità intra padre e figliuolo ed e converso, tutto che apparito sia in uomini di bassa condizione. Nel contado di Firenze e comune della Scarperia, villa di santa Agata, un garzoncello, nome Jacopo di Piero, sprovvedutamente uccise un suo compagno. Ciò fatto, lo manifestò al padre, il quale turbato gli disse, che subito si partisse, e si riducesse in luogo salvo, e così fece. Il malifizio fu portato alla Signoria e incolpato e preso ne fu il padre del garzone, il quale tormentato, per non accusare il figliuolo, confessò, sè avere commesso il peccato all' Ufficiale della Scarperia. E mandato a Firenze al Potestà, confessando questo medesimo e raffermando, fu condannato nel capo. Il figliuolo, che segretamente era venuto a Firenze per vedere che fine avesse; vedendo il padre innocente andare a morire per lo difetto suo, da smisurato amore da figliuolo a padre, deliberato di morire perchè il padre campasse, il quale liberamente vedea andare alla morte per campar lui, con molte lagrime si rappresentò alla Signoria, dicendo: io sono veramente colui che commisi il peccato; io sono colui che ne debbo portare la pena, e non per me questo mio padre innocente, che è tanto acceso di carità verso di me perchè io campi, che soffre di morire per me. L' ufficiale udito il garzone, quasi stupefatto ritenne e sostenne l' esecuzione che si facea del padre; e trovato la verità del fatto, il padre fu liberato: e il figliuolo, per la necessità della corte, a dì 6 di Marzo, con pietose lagrime a chiunque l' udirono o videro fu decapitato. E certo se stato fosse commesso

il malificio senza malizia, tanto atto di pietà da un benigno signore credere si dee che avrebbe meritato perdono almeno della vita.

MORS SUEMBALDI

Suembaldo, nella grandissima selva Ercinia divenuto fuggiasco e povero, e cibandosi di erbe e di pomi, dopo alcune giornate, s'incontrò in tre eremiti: con i quali accompagnatosi egli per quarto, senza altrimenti manifestarsi, pacientissimamente sostenne tutto lo insulto della fortuna sino all'ultimo dì della morte. Alla quale sentendosi egli molto vicino, chiamati a sè i compagni suoi, tutto giocondo disse così: voi non avete sin qui saputo, amici e fratelli miei, chi io mi sia, e donde venuto. Sappiate che io sono Suembaldo re de' Moravi: che in una battaglia grandissima rotto e vinto già da Arnolfo re di Germania me ne venni alla solitudine. E avendo esperimentato in me lungamente la inquieta vita de' grandi, e la quietissima dei privati, lieto e contento muojo al presente nella solinga e romita casa di questa santa selva dolcissima; alla tranquillità della quale non si avvicina in maniera alcuna qual si voglia real grandezza, o bonaccia della fortuna. Qui almeno il sonno sicuro fa parere saporite le radici strane delle erbe, e dolci le acque delle fontane: laddove i pericoli sempre e le cure fanno amarissimo il cibo e il vino. Quel tempo che tra voi son vivuto, sono vivuto certo beato; e tutto quel che io vissi nel regno, fu piuttosto morte che vita. Seppelliretemi in questo luogo; ed andandovene al mio figliuolo, se per sorte ei fosse ancor vivo, gli direte tutto il successo. Perdonatemi, fratelli miei, e pregate per me il Signore, che non mi conti a peccato quel che io ho fatto. Questo appena potette esprimere di maniera ch' ei fosse inteso; ed andonne a quell' altra vita. I romiti, come e' voleva, manifestando tutto al figliuolo, fecero chiara la morte sua.

§. III.

Exempla Narrationis Oratoriae.

Cedo Exempla narrationis Oratoriae similitudinis aut criminationis sive delectationis causa habitae.

R. En duo luculentissima exempla ab orationibus Marci Tullii desumpta. Alterum eo spectat ut furta et rapinas Verris clarius demonstret, alterum ut Roscii innocentiam de parricidio insimulati melius declaret.

HERCULES AGRIGENTINUS.

Herculis templum est apud Agrigentinos, non longe a foro, sane sanctum apud illos et religiosum. Ibi est ex aere simulacrum ipsius Herculis. quo non facile quidquam dixerim me vidisse pulchrius (tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi) usque eo, judices, ut rictum ejus ac mentum paulo sit attritius, quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. Ad hoc templum, cum esset iste (Verres) Agrigenti, duce Timarchide, repente, nocte intempesta, servorum armatorum fit concursus atque impetus. Clamor a vigilibus fanique custodibus tollitur. Qui primo cum obsistere ac defendere conarentur, male multati clavis ac fustibus repelluntur. Postea convulsis repagulis, effractisque valvis, demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur. Interea ex clamore fama tota urbe percrebuit, expugnari Deos patrios: non hostium adventu, nec opinato, neque repentino praedonum impetu, sed ex domo atque cohorte praetoria, manum fugitivorum instructam armatamque venisse.

Nemo Agrigenti neque aetate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit, qui non illa nocte, eo nuncio excitatus surrexerit, telumque, quod cuique sors afferebat, arripuerit. Itaque brevi tempore ad fanum ex

urbe tota concurritur. Hora amplius in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte; cum alii vectibus subjectis conarentur commovere, alii deligatum omnibus membris rapere ad se funibus. Repente Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio: dant sese in fugam istius praeclari imperatoris nocturni milites: duo tamen sigilla perparvula tollunt, ne omnino inanes ad istum praedonem religionum reverterentur. Numquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant; velut in hac re: Ajebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quam illum aprum Erimanthium referri oportere.

(*Ex lib.* 4. *Act.* 2. *in Verrem de signis* §. 43.)

TITUS CAELIUS TARRACINENSIS

Non ita multis ante annis T. Caelium quemdam Tarracinensem, hominem non obscurum, cum coenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, inventum esse mane jugulatum. Quum neque servus quisquam reperiretur, neque liber, ad quem ea suspicio pertineret; id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent: nomina filiorum de parricidio delata sunt. Quid postea? Erat sane suspiciosum, neutrum sensisse: ausum autem esse quemdam se in id conclave committere, eo potissimum tempore, cum ibidem essent duo adolescentes filii, qui et sentire, et defendere facile possent: erat porro nemo, in quem ea suspicio conveniret. Tamen, cum planum judicibus esset factum, aperto ostio, dormientes eos repertos esse, judicio absoluti adolescentes, et suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat quemquam esse, qui cum omnia divina, atque humana jura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset; propterea quod qui tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possint.

(*Ex oratione pro Sexto Roscio Amerino cap.* 23).

Cedo exempla Italica.

R. Bina attingam ex Cicerone Italico, idest Paulo Segnero. Is ut melius confusionem improborum hominum in die extremi judicii ostenderet, haec de Alvaro Bassano Philippi Secundi Hispaniarum regis duce retulit (V. Concion. 5 §. 5).

ALVARUS BASSANUS

Alvaro Bassano grande ammiraglio di mare, ed uom celeberrimo per le navigazioni difficili da lui fatte, e per le vittorie frequenti da lui riportate, avea da Filippo Secondo re delle Spagne ricevuto ordine di porre insieme quella formidabile armata, che poscia andò sventuratamente a perire contro Inghilterra: e perchè erano molti i legni che si doveano apprestare a sì grande impresa, molte le vettovaglie, molte le munizioni, molte le genti, non si potea nell'apparecchio procedere con quella straordinaria celerità, che il re si avea figurata. Pertanto interiormente commossosi alquanto il re contra l' Ammiraglio, chiamollo in corte, e con sembiante turbato e con voce grave: certamente, gli disse, voi non avete a me corrisposto in questo servigio, come io sperava, e come voi dovevate. Nè più gli aggiunse: ma che? non credete voi, che ciò bastevole fosse a schiantargli il cuore? Se n'uscì Alvaro dall' appartamento reale col fuoco in volto; ritornossene a casa, si pose a letto, e fra brevissimi giorni finì la sua vita.

Pari modo ut in concione prima declararet illud Sacrarum Scripturarum dictum - *Anni impiorum breviabuntur* - exemplum Anastasii Imperatoris, qui mala et inopina morte periit, dixit. (V. Concion. 1. §. 4)

ANASTASIUS IMPERATOR

Dormiva Anastasio una notte agitato dalle solite faci delle sue furie, le quali più importune nel sonno lo molestavano, or con ombre orribili, or con pensieri ferali. Quando apparendogli un personaggio di aspetto

terribilissimo, con la penna nella destra, con un libro nella sinistra: mira, gli disse, com'io per la tua empietà quattordici anni cancello della tua vita. Si destò a queste voci il misero Principe attonito ed angoscioso, nè sapea s'egli ciò dovesse temere come visione, o deridere come sogno. Quando indi a pochi giorni cominciò il cielo, di sereno ch'egli era, a rannuvolarsi, indi a lampeggiare ed a fremere, e a fulminare. Si colmò Anastasio di profondissimo orrore; e quasi presagisse nell'animo di essere lui quello, per cui concitavasi in cielo sì gran tempesta, si diede a correre qual novello Caino pel suo palazzo, ora fuggendo d'una in un'altra sala, d'una in un'altra stanza. Ma tutto indarno. Scoppiò all' improviso una rovinosa saetta, che a dirittura l'andò a trovare in un gabinetto segreto, dov'egli stava qual coniglio appiattato nella sua buca, ed ivi l'uccise, dando così chiaro a vedere, che non v'è lauro, non dirò regio, ma neppure imperiale, che salvar possa da' fulmini un capo iniquo.

Affer exempla Narrationis Oratoriae delectationis aut exercitationis causa scriptae.

R. Duo afferam a Ciceronis operibus delecta. Alterum ut malum Pythii cujusdam dolum ostenderet, et quam sint perfidi improbique qui aliud agunt, aliud simulant, (ex lib. 3 de Officiis): alterum jucundissimum ex lib. 5. Tusculanarum Quaestionum, de Dionysio Syracusarum Tyranno, et de Damocle quodam illius Parasito.

CAJUS CANIUS

Cajus Canius, eques Romanus, nec infacetus, et satis litteratus, cum se Syracusas otiandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, venales se quidem hortos non habere, sed

licere uti Canio, si vellet, ut suis; et simul ad coenam hominem invitavit in hortos in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit, et ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur; dixitque quid eos facere vellet.

Ad coenam tempore venit Canius; opipare a Pythio apparatum convivium: cymbarum ante oculos multitudo: pro se quisque quod ceperat afferebat; ante pedes Pythii pisces abjiciebantur.

Tum Canius, quaeso, inquit, quid est hoc, Pythi? tantumne hic piscium? tantumne cymbarum? et ille: quid mirum? inquit: hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium, hic aquatio: hac villa isti carere non possunt.

Incensus Canius cupiditate contendit a Pythio ut venderet. Gravate ille primo: quid multa? impetrat: emit homo cupidus et locuples tanti quanti Pythius voluit, et emit instructos: nomina facit; negotium conficit.

Invitat Canius postridie familiares suos. Venit ipse mature, scalmum nullum videt: quaerit ex proximo vicino, num feriae quaedam piscatorum essent, quod eos nullos videret. Nullae (quod sciam) inquit ille; sed hic piscari nulli solent. Itaque heri mirabar quid accidisset. Stomachari Canius. Sed quid faceret? Nondum enim Aquilius Collega et familiaris meus protulerat de dolo malo formulas. . . . Ergo et Pythius, et omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi *(sunt)*.

DAMOCLES

Cum quidam ex Dionysii assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias ejus, opes, majestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum, negaretque unquam beatiorem quemquam fuisse: Visne igitur, inquit, o Damocle, quoniam haec te vita delectat, ipse eamdem degustare, et fortunam experiri meam? Cum se ille cupere dixisset, collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrime textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque com-

plures ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos jussit consistere, eosque nutum ejus intuentes diligenter ministrare. Aderant ungueuta, coronae, incendebantur odores, mensae conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum, demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores adspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam: jam ipsae defluebant coronae: denique exoravit Tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nollet esse. Satis ne videtur declarasse Dionysius, nihil ei esse beatum, cui semper aliquis terror impendeat?

Cedo exempla Italica.

R. Duo nobis suppeditabit Daniel Bartolus egregius jucundusque sane italorum scriptor et in narrationibus, et descriptionibus facile princeps. Alterum Alconis venatoris peritiam in arte venatoria, alterum Eliezae Saraceni qui cum non potuisset repetitis ictibus leporem occidere, rem animadvertens ex venatore factus est miles bellica virtute praestantissimus.

ALCON VENATOR

Dormiva gittato in sull'erba, e tutto disteso all'ombra un fanciullo, mentre Alcone suo padre di mestier cacciatore, rappiattato entro una macchia di pruni, girava coll'occhio in cerca d'alcuna selvaggina che per colà passasse, ed in vederla sì la ferirebbe colla saetta, che continuo teneva incoccata sulla corda dell'arco. Or fosse la ventura, fosse il suo cuore che vel portasse, gli venne volto lo sguardo verso il figliuol suo, che profondamente dormiva: e vide una nera serpe pian piano avviticchiarglisi intorno al collo: a che fare non è da chiedersi di una serpe, che ha per diletto il mordere, e l'uccidere per natura. Alcone, chi non

è padre non saprà concepire la moltitudine e contrarietà degli affetti che a tal veduta il sorpresero: perdersi e far cuore, disperarsi e ardire, e senza tempo a consiglio, consigliarsi a trarre il figliuolo d'un gran pericolo con un maggiore. Ciò fu dove l'accorrere sarebbe tardo, e il rimedio doveva venir sì fattamente da lungi, che nondimeno fosse prestissimo: saettar la serpe in sulla gola al figliuolo, e non toccar lui, non che ferirlo. Quanti ingegnosissimi scampi di vita, lavori di poetica invenzione si rappresentano sulle scene con maraviglia e lode dei risguardanti e non han delle cento parti l'una del bello e dell'ammirabile di questo vero avvenimento? Perocchè volger l'arco, appuntar la saetta coll'occhio, scoccarla, imbroccare il capo alla serpe senza non che romper la gola, nè anche il sonno al fanciullo, tutto si fè più tosto che io non l'ho detto. Da che si tira d'arco non mai non si è fatto colpo nè più avventuroso, nè più maestro di questo. E ben erano degni di sospendersi e dedicarsi ad Apollo Pizio quella saetta e quell'arco, con sotto espressa la narrazione del fatto ad eterna memoria d'Alcone: ma dell'avere egli avuta la man salda nel cuor tremante, e l'occhio a dar nel segno e dubbioso e sicuro, non è da maravigliare: perocchè un sì bel colpo non fu dell'arte del saettare, ella non se ne vanti; non fu d'Alcone cacciatore, ma d'Alcone padre.

ELIEZES SARACENUS

Sull'orlo d'una piccola scavatura entro un sasso sportato in fuori da un fianco di una rupe, dormiva tutta aggrappata in sè medesima una lepre. Videla un Saracino per nome Elieze, povero giovane, che tutto solo e ramingo andava tra le foreste cacciando per isfamarsi: e in vederla allegro al pari della bellezza del colpo e della bontà della preda, cui già gli pareva veder trafitta rovinar giù di que' balzi, diè di mano all'arco, e tesolo saettò: ma per valente arcier ch'egli fosse, gli andò a voto la speranza e il colpo, sì non

la colse, tuttavia addormentata e immobile. Trasse la seconda e la terza saetta, e via più altre, e tutte via le trasse', che qual sopra, qual sotto, e da l'un dei lati tutte battevano, niuna al bersaglio. E già non più la fame o la vaghezza del colpo, ma lo sdegno contro sè medesimo gli appuntava l'occhio e regolava la mano, e non pertanto indarno. Di quaranta saette avea pieno il turcasso, nè finì di trarre, che l' ebbe vôto. Gittata la quarantesima, allora finalmente la lepre si riscosse dal sonno, e nulla sapendo del succeduto, sazia di dormire levossene, e andò a pascere altrove. Allora lo sventurato, perdute le armi e non guadagnata la preda, senza aver quel dì altro da rodere, che sè medesimo, se ne tornò tutto digiuno e melanconico al suo albergo: indi fattosi prima a pensare, poi anche a filosofare sopra quello stranissimo accidente, dello starsi la lepre sicura dormendo al bersaglio di quaranta saette, non mai colta da niuna, e sol dopo l'ultima risentirsi, e partire, tanto ne trasse a miglior pro suo, che gli parve quel dì diventar uomo d' insensato animale ch' egli era, non avendo sino a quel dì inteso, che infino una sì vile bestiola è in cura a Dio, e cui Iddio difende nulla può ad offenderlo: e saettil chi vuole, egli dorme sicuro. Così fermo infra sè lasciò la mendica e stentata vita di cacciatore; e rifornitosi di armi, e molto più di animo si rendè soldato.

§. IV.

De Narratione Poetica.

Affer denique exempla narrationis poeticae.

R. Ut mihi mos est bina afferam, unum ex Virgilio qui Caci ab Hercule interempti casum narrat (Aeneid. lib. VIII.); comparandum ita vivam cum simplici narrationis Livianae exemplo ut melius differentiam agnoscas: alterum ex lib. VIII Me-

tamorphoseon Ovidii Nasonis de Daedalo et infelici Icari casu singulare juvenilis temeritatis speculum.

CACI CAEDES

Hic spelunca fuit, vasto submota recessu
Semihominis Caci, facies quam dira tenebat
Solis inaccessum radiis, semperque recenti
Caede tepebat humus; foribusque affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater; illius atros
Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.
Attulit, et nobis aliquando optantibus aetas
Auxilium, adventumque Dei. Nam maximus ultor
Tergemini nece Geryonis spoliisque superbus
Alcides aderat, taurosque hac victor agebat
Ingentes: vallemque boves amnemque tenebant.
At furiis Caci mens effera, ne quid inausum,
Aut intentatum scelerisve, dolive fuisset,
Quatuor a stabulis praestanti corpore tauros
Avertit, totidem forma superante juvencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos, versisque viarum
Indiciis raptos saxo occultabat opaco.
Quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, quum jam stabulis saturata moveret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet;
Discessu mugire boves, atque omne querelis
Impleri nemus, et colles clamore relinqui.
Reddidit una boum vocem, vastoque sub antro
Mugiit, et Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidae furiis exarserat atro
Felle dolor; rapit arma manu, nodisque gravatum
Robur, et aerii cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem,
Turbatumque oculis: fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas.
Ut sese inclusit, ruptisque immane catenis
Dejecit saxum, ferro quod et arte paterna

Pendebat, fultosque emuniit obice postes;
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemque
Accessum lustrans huc ora ferebat et illuc,
Dentibus infrendens: ter totum fervidus ira
Lustrat Aventini montem: ter saxea tentat
Limina nequicquam: ter fessus valle resedit.
Stabat acuta silex, praecisis undique saxis,
Speluncae dorso insurgens altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, ut prona jugo laevum incumbebat ad amnem,
Dexter in adversum nitens concussit, et imis
Avulsum solvit radicibus; inde repente
Impulit, impulsu quo maximus insonat aether,
Dissultant ripae, refluitque exterritus amnis.
At specus, et Caci detecta apparuit ingens
Regia; et umbrosae penitus patuere cavernae.
Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, et regna recludat
Pallida, Diis invisa, superque immane barathrum
Cernatur, trepidentque immisso lumine Manes.
Ergo insperata deprehensum in luce repente
Inclusumque cavo saxo, atque insueta rudentem,
Desuper Alcides telis premit, omniaque arma
Advocat, et ramis, vastisque molaribus instat.
Ille autem (neque enim fuga jam super ulla pericli est)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu!)
Evomit, involvitque domum caligine caeca,
Prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
Tum feram noctem commistis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seque ipse per ignem
Praecipiti injecit saltu, qua plurimus undam
Fumus agit, nebulaque ingens specus aestuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit in nodum complexus, et angit inhaerens
Elisos oculos, et siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra revulsis,
Abstractaeque boves, abjurataeque rapinae
Caelo ostenduntur, pedibusque informe cadaver
Protrahitur; nequeunt expleri corda tuendo

Terribiles oculos vultum, villosaque setis
Pectora semiferi, atque extinctos faucibus igues.

DAEDALUS ET ICARUS

Daedalus interea Creten, longumque perosus
Exilium, tactusque loci natalis amore
Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, et undas
Obstruat, at coelum certe patet, ibimus illac:
Omnia possideat, non possidet aera Minos.
Dixit: et ignotas animum dimittit in artes,
Naturamque novat, nam ponit in ordine pennas
A minima coeptas, longam breviore sequente,
Ut clivo crevisse putes: sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit avenis.
Tum lino medias et ceris alligat imas;
Atque ita compositas parvo curvamine flectit,
Ut veras imitentur aves. Puer Icarus una
Stabat, et ignarus sua se tractare pericla,
Ore renidenti; modo quas vaga moverat aura
Captabat plumas, flavam modo pollice ceram
Mollibat, lusuque suo mirabile patris
Impediebat opus. Postquam manus ultima coepto
Imposita est, geminas opifex libravit in alas
Ipse suum corpus, motaque pependit in aura.
Instruit et natum; Medioque ut limite curras,
Icare, ait, moneo: ne, si demissior ibis,
Unda gravet pennas; si celsior, ignis adurat.
Inter utrumque vola: nec te spectare Booten,
Aut Helicen jubeo, strictumque Orionis ensem.
Me duce carpe viam, pariter praecepta volandi
Tradit, et ignotas humeris accomodat alas.
Inter opus monitusque genae maduere seniles,
Et patriae tremuere manus: dedit oscula nato
Non iterum repetenda suo, pennisque levatus
Antevolat, comitique timet (velut ales ab alto
Quae teueram prolem produxit in aera nido)
Hortaturque sequi, damnosasque erudit artes;
Et movet ipse suas, et nati respicit alas.
. . . .

Cum puer audaci caepit gaudere volatu
Deseruitque ducem, coelique cupidine tactus
Altius egit iter: rapidi vicinia solis
Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.
Tabuerant cerae, nudos quatit ille lacertos,
Remigioque carens non ullas percipit auras:
Oraque coerulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec jam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, ubi es? qua te regione requiram?
Icare, dicebat, pennas aspexit in undis;
Devovitque suas artes, corpusque sepulchro
Condidit: et tellus a nomine dicta sepulti est.

Affer tandem exempla narrationis poeticae ex italicis Scriptoribus desumpta.

R. Dantes Alighierius Homerus, et Virgilius noster in cantione 5. Purgatorii inducit Buoncontem Guidonis filium Feretranum haec de se narrantem.

BUONCONTES GUIDONIS FERETRANI FILIUS

Io fui di Moltefeltro: e son Buonconte:
Giovanna, o altri non ha di me cura;
Perch' io vo tra costor con bassa fronte.
Ed io a lui. Qual forza, o qual ventura
Ti traviò sì fuor di Campaldino,
Che non si seppe mai tua sepoltura?
Oh! rispos' egli, appiè del Casentino
Traversa un' acqua c' ha nome l' Archiano,
Che sopra l' Ermo nasce in Appennino.
Là' ve 'l vocabol suo diventa vano
Arriva' io forato nella gola,
Fuggendo a piede, e sanguinando 'l piano.
Quivi perdei la vista, e la parola
Nel nome di Maria finì, e quivi
Caddi, e rimase la mia carne sola.
Io dirò il vero, e tu il ridi' tra i vivi:
L'Angel di Dio mi prese, e quel d' inferno
Gridava: O tu dal ciel, perchè mi privi?

Tu te ne porti di costui l'eterno
  Per una lagrimetta che 'l mi toglie;
  Ma io farò dell' altro altro governo.
Ben sai come nell' aer si raccoglie
  Quell' umido vapor che in acqua riede,
  Tosto che sale dove 'l freddo il coglie.
Giunse quel mal voler, che pur mal chiede,
  Con lo intelletto, e mosse il fumo e il vento
  Per la virtù, che sua natura diede.
Indi la valle, come il dì fu spento,
  Da Pratomagno al gran giogo coperse
  Dì nebbia, e il ciel di sopra fece intento
Sì, che il pregno aere in acqua si converse:
  La pioggia cadde, ed a' fossati venne
  Di lei ciò che la terra non sofferse;
E come a' rivi grandi si convenne,
  Ver lo fiume real tanto veloce
  Si ruinò, che nulla la ritenne.
Lo corpo mio gelato in su la foce
  Trovò l' Archian rubesto; e quel sospinse
  Nell' Arno, e sciolse al mio petto la croce,
Ch'io fei di me quando il dolor mi vinse:
  Voltommi per le ripe e per lo fondo;
  Poi di sua preda mi coperse e cinse.

Splendidissimum aliud exemplum ex Torquati Tassi Godefrido sumam, cantione XII. ubi narrat mortem, et baptismum Clorindae.

CLORINDAE MORS

Ma ecco omai l'ora fatale è giunta
  Che il viver di Clorinda al suo fin deve.
  Spinse egli il ferro nel bel sen di punta,
  Che vi s'immerge, e il sangue avido beve;
  E la veste che d'or vago trapunta
  Le mammelle stringea tenera e leve,
  L'empie d'un caldo fiume: ella già sente
  Morirsi; e il piè le manca egro e languente.
Quel segue la vittoria, e la trafitta
  Vergine minacciando incalza e preme:

Ella, mentre cadea, la voce afflitta
Movendo, disse le parole estreme:
Parole ch'a lei novo un spirto ditta,
Spirto di fè, di carità, di speme:
Virtù ch'or Dio le infonde; e, se rubella
In vita fu, la vuole in morte ancella:

Amico, hai vinto: io ti perdon...; perdona
Tu ancora, al corpo no, che nulla pave,
All'alma sì: deh! per lei prega; e dona
Battesmo a me, ch'ogni mia colpa lave.
In queste voci languide risuona
Un non so che di flebile e söave,
Che al cor gli serpe, ed ogni sdegno ammorza,
E gli occhi a lagrimar gl'invoglia e sforza.

Poco quindi lontan nel sen del monte
Scaturia mormorando un picciol rio.
Egli v'accorse, e l'elmo empiè nel fonte,
E tornò mesto al grande ufficio e pio.
Tremar sentì la man, mentre la fronte
Non conosciuta ancor, sciolse e scoprio.
La vide, e la conobbe; e restò senza
E voce, e moto. Ahi vista! ahi conoscenza!

Non morì già; che sue virtuti accolse
Tutte in quel punto, e in guardia al cor le mise;
E, premendo il suo affanno, a dar si volse
Vita con l'acqua a chi col ferro uccise.
Mentre egli il suon de' sacri detti sciolse,
Colei di gioja trasmutossi, e rise:
E, in atto di morir lieto e vivace,
Dir parea: s'apre il cielo; io vado in pace.

D'un bel pallore ha il bianco volto asperso
Come a gigli sarian miste viole;
E gli occhi al cielo affisa, e in lei converso
Sembra per la pietade il cielo e il sole;
E la man nuda e fredda alzando verso
Il cavaliero, invece di parole,
Gli dà pegno di pace. In questa forma
Passa la bella donna, e par che dorma.

CAPUT XVI.

DE DESCRIPTIONE

Quid est Descriptio?

R. Est illustris rei cujuslibet imago; sive rerum gestarum sub aspectu pene subjectio. Differt a narratione quod illa expositio est rerum gestarum sive ut gestarum; haec illustratio et pictura quaedam verbis confecta, ita ut narrationi satis sit res referre, descriptioni veluti pictas oculis subjicere.

Quid affert orationi Descriptio?

R. Valet haec, ait Cicero, plurimum in re exponenda, et ad illustrandum id quod exponitur, et ad amplificandum; ut iis, qui audiunt, illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur. Nec dubitandum, quin summa descriptionis laus in eo sit posita, ut, quod describit, ad vivum exprimat, atque ita propriis coloribus pingat, aptisque lineamentis conformet, ut in oculis auditorum, et in animis rei imaginem defigat.

Quotuplex est Descriptio?

R. Ut narrationem, ita Descriptionem trifariam dividemus, et dicemus, aliam esse Historicam, aliam Oratoriam, aliam denique Poeticam.

§. I.

De Descriptione Historica.

Quaenam est Descriptio Historica?

R. Illa est quae sive locos pingit, seu res gestas ab adjunctis amplificat, seu mores hominum et fortunas ad vivum effingit, ut animum mentemque lectoris feriat, et imagine veri capiat. Exempla doctrinam declarabunt.

Affer exempla Descriptionis quae Topographia dicitur.

R. En Descriptio urbis Alexiae ex C. Caesaris Commentariis de Bello Gallico lib. 7.

Ipsum erat oppidum in colle summo, admodum edito loco, ut nisi obsidione expugnari non posse videretur: cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina subluebant: ante id oppidum planities circiter millia passuum tria in longitudinem patebat, reliquis ex omnibus partibus colles mediocri interjecto spatio, pari altitudinis fastigio oppidum cingebant. Sub muro, quae pars collis ad orientem spectabat, hunc omnem locum copiae Gallorum compleverant, fossamque, et maceriam sex in altitudinem pedum perduxerant, ejus munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus undecim mille passuum tenebat.

Descriptio urbis Venetiarum ex Petro Maffejo

Venetiarum urbis, in recessu intimo sinus Adriatici, ea regio ac situs est, ut leniter stagnantes ex alto aquae, illam omni ex parte circumluant. Ea inclytae urbi, et ad merces copiasque invehendas opportuna receptacula, et contra hostiles incursus munimenta firmissima sunt. Ex iis porro aestuariis majores minoresque euripi totam urbem intercursantes, variis maeandris seu flexibus ita distinguunt, ut quot in partes pedibus, in totidem fere mari aditus sit, egregio sane vel artis, vel naturae miraculo. Inde vicorum insularum et pontium ingens numerus; ut qui diutius ibi versati non sunt, viarum locorumque modo varietate, modo similitudine saepe falluntur. Sed contra ejusmodi ambages certum paratumque remedium est maxima multitudo cymbarum, quae usquequaque dispersae nominatim ad omnia et privata loca quemlibet haud ita magna mercede, trajiciunt.

Affer alicujus rei gestae descriptionem.

R. Pugna inter Horatios et Curiatios (ex Livio).

Datur signum, infestisque armis, velut acies, terni ju-

venes magnorum exercituum animos gerentes concurrunt. Nec his, nec illis periculum suum, sed publicum imperium servitiumque obversatur in animo; futuraque ea deinde patriae fortuna, quam ipsi fecissent. Ut primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit, et neutro inclinata spe, torpebat vox spiritusque.

2. Consertis deinde manibus, cum jam non motus tantum corporum, agitatioque anceps telorum armorumque; sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent, duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. 3. Ad quorum casum cum clamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones jam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimes vice unius, quem tres Curiatii circumsteterant. 4. Forte is integer fuit ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox. 5. Ergo ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus sequuturos, ut quemque affectum vulnere corpus sineret. 6. Jam aliquantulum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat, cum respiciens videt magnis intervallis sequentes; unum haud procul ab sese abesse: 7. in eum magno impetu rediit, et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri, 8. jam Horatius caeso hoste, victor secundam pugnam petebat. Tum clamore (qualis ex insperato faventium solet) Romani adjuvant militem suum; et ille defungi praelio festinat. Prius itaque quam alter qui nec procul aberat, consequi possit et alterum Curiatium conficit. 9. Jamque aequato marte singuli supererant, sed nec spe, nec viribus pares. Alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabant: alter fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus, victusque fratrum ante se strage, victori objicitur hosti: nec illud praelium fuit. 10. Romanus exultans: duos, inquit, fratrum Manibus dedi, tertium causam belli hujusce, ut Romanus Albano imperet, dabo. 11. Male sustinenti arma gladium superne jugulo defigit, jacentem spoliat. 12. Romani ovantes ac gratulantes

Horatium accipiunt, eo majore cum gaudio, quo propius metum res fuerat.

Nonne haec inter narrationes recensenda?

R. Minime equidem. Et si cupias differentiam agnoscere, facile potes. Narratio facti paucis hisce continetur.

1. Datur signum infestisque armis terni juvenes concurrunt.

2. Cum aliquandiu inter se aequis viribus pugnassent duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruunt.

3. Illi superstitem Romanum circumsistunt.

4. Forte is integer fuit.

5. Ergo ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ratus secuturos, ut quemque vulnere affectum corpus sineret.

6. Jam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est confugerat, cum respiciens videt magnis intervallis sequentes unum haud procul abesse.

7. In eum cum magno impetu redit, eumque interficit.

8. Mox properat ad secundum, eumque pariter occidit.

9. Jamque aequato Marte singuli supererant, numero pares, sed longe viribus diversi.

10. Romanus exultans: duos, inquit, fratrum manibus dedi: tertium causam hujusce belli, ut Romanus Albano imperet, dabo.

11. Tum gladium superne jugulo defigit: jacentem spoliat.

12. Romani ovantes, ac gratulantes Horatium accipiunt: inde ex utraque parte suos sepeliunt.

Quis neget hanc integram narrationem certami-

nis esse? Nunc conferas cum Liviana descriptione, et si paulum expendas, quid a narratione descriptio differat patebit. Haec enim duodecim capita, quae notavi amplificata exornata sive verbis, sive adjunctis, sive figuris certamen illud ante oculos ponunt, ita ut motus corporum et agitationem cernas, animos certantium et spectantium introspicias, et quasi testis adesses, non legas. Sed nolim praeceptoris cordati partes mihi assumere, quare his missis, caetera attingam. Hic sat erit dixisse, narrationem rei gestae vel quasi gestae expositionem esse: descriptionem vero et locorum et temporum et personarum illustrationem, ut res gestae melius potentiusque elucescant.

De morum descriptionequae et Ethopoeja appellatur diximus, cum de Hypotyposi loquuti sumus. Nunc ad exempla descriptionum italicarum veniamus.

Affer exempla italica.

R. En Taprobanae Insulae descriptio ex libro 3. Historiarum Indicarum Petri Maffei, quas Franciscus Serdonati in italicam linguam convertit.

Taprobana ha figura ovale, e gira circa dugento quaranta leghe, si stende in lunghezza settant'otto leghe, ed in larghezza quarantaquattro: e dal capo di Coro è separata con uno stretto di mare pieno di secche, e situata dirimpetto alla costa che chiamano Piscaria. In essa è tanta dolcezza di aria, tale fertilità di terra e copia di fiumi e d'acque perpetue che si dice esser questa già stata la stanza de' primi nostri padri. Vi sono diversi armenti di bestiami, e genera elefanti molto bellicosi e docili; v'ha la cava del ferro, e manca degli altri metalli: produce gran quantità di gemme, e fra queste Zaffiri molto chiari e fini, e Crisoliti, Pseudopali, e Piropi; e similmente spezierie preziose, Cinnamo, Cardamomo, Pepe, e Palme di meravigliosa bon-

tà. Oltre a questo vi sono monti vestiti di selve, che piegate in forma di teatro fanno una bella vista, e nel mezzo v' è racchiusa una gran pianura di lungo circuito a somiglianza del piano del teatro, uno de' quali alza da terra quasi sette leghe, e va sempre molto diritto, e nella cima v'è un piano molto eguale.

Torquatus Tassus pulcherrimam exhibet villaticae aedis descriptionem in dialogo cui titulus *Paterfamilias* quam hic legendam libenter subjcimus.

. . . . Egli la sua casa ci additò, che dalla ripa del fiume non era molto lontana. Ella era di nuovo fabricata, ed era di tanta altezza che alla vista di fuori si poteva comprendere, che più ordini a stanze l'uno sovra l'altro contenesse: aveva dinanzi quasi una piccola piazza d'alberi circondata: vi si saliva per una scala doppia, la qual era fuor della porta, e dava due salite assai commode per venticinque gradi larghi, e piacevoli da ciascuna parte. Saliti la scala ci ritrovammo in una sala di forma quasi quadrata, e di convenevol grandezza, perciocchè aveva due appartamenti di stanze a destra, e due altri a sinistra, ed altrettanti appartamenti si conoscea ch'erano nella parte della casa superiore: aveva incontro alla porta, per la quale noi eravamo entrati, un' altra porta, e da lei si discendeva per altrettanti gradi in un cortile, intorno al quale erano molte picciole stanze di servitori, e granai, e di là si passava in un giardino assai grande, e ripieno di alberi fruttiferi con bello e maestrevole ordine disposti.

Velim aliud italicum gravioris descriptionis historicae exemplum exhibeas.

R. Verum ut gravius exemplum descriptionis historicae afferam, picturam illam quam Bartolus ipse reliquit, de famis horrendis effectibus in Historiae Sinensis libro 4. Cap. 96. eligam. Ex hac enim mirifice patebit nihil in rerum natura esse, quod ars

dicendi non ita possit evolvere, aperire, explicare, ut quid praeclarum et mirificum appareat, et oculis magis quam auribus cum summa animi voluptate hauriatur.

La Provincia di Sciansì non vide mai per l'addietro, nè potea raccordare un anno più di questo del trentaquattro calamitoso e funesto. Otto mesi di un ostinatissimo ciel sereno, senza aversene mai gocciola di pioggia, nè ombra di nuvolo, menò, con perdita irreparabile, tutti i seminati al niente, talchè neanche spuntarono fuor della terra: per l'innumerabil popolo di che tutta la Cina è foltissima, e la maggior parte poveraglia, che dì per dì vive di quel che guadagna o accatta o ruba gittò una generale carestia, e una sì rabbiosa fame, che le memorie antiche appena sarà che ne raccordino altra di maggiore stremità o di più barbari esempj. Fin che v'ebbe fronda e teneri ramoscelli su gli alberi, tollerossi col pascerli. Poi sbucciatine i men duri ne masticavano le corteccie, suggendone il crudo umore; e quel ch'era peggio, pochissimo, perocchè anch'esse erano aride e smunte per lo gran secco. La crusca e i ruvidi gusci del miglio, intrisi, e fattine panicci e schiacciate, niente più che risecche al sole, gran ventura era trovarne a rodere, o sfamarsi. Alla fine, venuto meno ogni altro pasto, eziandio da rifiutarlo le bestie, si venne a dar dei denti arrabbiati nella carne umana, e viver de' morti: avvegnachè mezzo carogne, si come già mezzo fracidi, mentre tuttavia eran vivi. Di qui a poco dirò di un esercito d'incendiarj e ladroni, che la necessità radunò e mise in campo, parte nella provincia, e parte in Chianceu stessa. Di questi sciagurati, ogni dì or pochi or molti cadevano in mano alla giustizia, che ne facea macello, inchiodandoli vivi; e intorno ad essi il popolo impaziente coll'aspettare che tracollando mostrassero di spirare: e allora gli si avventavano addosso co' lor coltelli affilati, che per ciò tutti gli avevano in pugno, e ne recidevano della vita i brani, e ne strap-

pavano dalle viscere il meglio, e qui or ora così crude e sanguinenti le divoravano: tal che quel misero condannato, in meno che non sarebbe se fosse in mezzo a un branco di lupi, restava una netta ossatura, senza altro di più che le budella sventrate. Intanto la necessità grande in eccesso ne consumava ogni dì a molti insieme: e tal ve ne ebbe, in cui la città non fu potuto interamente nettare dalla troppa moltitudine de' cadaveri, che giacevano per le publiche vie: e già quattro ampie fosse e profonde, cavate alquanto fuori delle mura n'erano riempiute per fino al sommo, e vi si strascinavano a rovinar dentro dall' orlo, afferrati con un rampicone a maniera di carogne. La più infelice sorte fu de' bambini, e de' fanciulletti esposti, e dalle proprie madri gittati essi i primi, per l' insofferibil dolore ch' era, vederli cascar dalla fame, e chiedenti quel che non potevano lor dare perchè ne mancavano elle per sè. Ben fu barbara la pietà di non poche, le quali finalmente costrette a gittar i lor figliuolini, per almeno camparli dalla voracità delle fiere e degli uomini, e acciocchè non se ne spargessero qua e là le infelici ossa, elle stesse aveau cuore di sotterrarli vivi. Padre e madre vi fù, che disperato di trovare onde sostentar sè e un lor bambino che amavano più che sè stessi, il gittarono nel fiume e incontanente ancor sè dietro a lui; ma con disugual sorte, e degna de' colpevoli e dell' innocente: quegli annegarono: questi risalito a fior d' acqua, e quivi tenuto non so come a galla, ne fu ricolto, e dato ai Padri che il battezzarono, e visse, caro singolarmente infra gli altri.

§. II.

De Descriptione Oratoria.

Num et Orator descriptione utitur?

R. Hypotyposim et Ethopoejam saepe ab Oratoribus usurpari ostendimus: altera enim ad concitandos animi motus, altera ad mores vitamque hominum au-

ditoribus subjiciendos mirifice valet. Locorum etiam descriptionem quamvis rarius (haec enim usitatior esse solet historicis et poetis) aliarumque rerum aliquando adhibet orator, si oratione aliquid historice tractandum sit.

Non desunt in Cicerone pulcherrimae locorum descriptiones, praecipue in Verrinis, quarum unam hoc loco exempli causa referam Syracusarum urbis descriptionem ex Act. 4. in Verrem.

Urbem Syracusas maximam esse graecarum urbium pulcherrimamque omnium saepe audistis. Est, judices, ita ut dicitur; nam et situ est, tum communito, tum ex omni aditu vel terra vel mari praeclaro ad aspectum: et portus habet prope in aedificatione adspectuque urbis inclusos, qui cum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur et confluunt. Eorum conjunctione pars oppidi quae appellatur Insula, mari disjuncta angusto ponte rursum adjungitur et continetur. Ea tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur; quarum una est ea quam dixi Insula: quae duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque projecta est: in qua domus est quae Regis Hieronis fuit, qua Praetores uti solent; in ea sunt aedes sacrae complures, sed duae, quae longe caeteris excellunt, Dianae una, et altera, quae fuit ante istius adventum ornatissima, Minervae. In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est; incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen Achradina est; in qua fanum maximum, pulcherrimae porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima est curia, templumque egregium Jovis Olimpii: caeteraeque urbi partes una tota via perpetua multisque transversis divisae, privatis aedificiis continentur. Tertia est urbs, quae, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Tycha nominata est: in qua et gymnasium amplissimum est, et complures aedes

sacrae; coliturque ea pars et habitatur frequentissime. Quarta autem est urbs, quae, quia postrema aedificata est, Neapolis nominatur; quam ad summam theatrum est maximum: praeterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberae, signumque Apollinis pulcherrimum et maximum: quod iste si portare potuisset, non dubitasset auferre.

Et quamquam de Ethopoeja satis dictum sit, nequeo eum locum praeterire in quo Tullius P. Rullum in Oratione 2. de Lege Agraria hoc vultu depingit.

Jam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur; vestitu obsoletiore, corpore inculto, et horrido, capillatior quam ante, barbaque majore: ut oculis, et aspectu denunciare omnibus vim tribuniciam, et minitari reipublicae videretur.

Inter descriptiones numerandus certe locus ille est libri quinti accusationis in C. Verrem de suppliciis in quo mirabili, ita vivam, artificio Navarchorum supplicium ad vivum exprimit, ut ad rem tam atrocem quidquid in se ipso esset facultatis oratoriae experiri videatur. Sunt qui inter narrationes collocant, quod ego nolim, nisi duae res inter se natura diversae conjungantur.

Includuntur in carcerem condemnati: supplicium constituitur in illos, sumitur de miseris parentibus Navarchorum, prohibentur adire ad filios suos; prohibentur liberis suis cibum, vestitumque ferre. Patres hi, quos videtis jacebant in limine: matresque miserae pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberorum exclusae, quae nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum ore excipere sibi liceret. Aderat janitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum, et civium lictor Sestius, cui ex omni gemitu, doloreque certa merces comparabatur -- ut adeas, tantum dabis; ut cibum tibi intro ferre liceat,

tantum -- nemo recusabat. Quid? -- Ut uno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur, ne saepius feriatur, ne cum sensu doloris aliquo, aut cruciatu spiritus auferatur -- etiam ob hanc causam pecunia lictori dabatur. O magnum, atque intolerandum dolorem! o gravem acerbamque fortunam! non vitam liberorum, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes! Atque ipsi etiam adolescentes cum Sextio de eadem plaga, et de uno illo ictu loquebantur: idque postremum parentes suos liberi orabant, ut levandi cruciatus sui gratia lictori pecunia daretur.

Exhibe exemplum aliquod descriptionis oratoriae ex Italicis Scriptoribus?

R. Tria exhibebo ab uno tantum oratore Paulo Segnero, ut videas nihil esse germanius Tullii Segnerique nostri eloquentia. Cruciatus, victum, cultumque in primis horridum et asperum quo utebantur Monachi illi beatissimi, quos Sanctus Joannes Climacus invisit, auditorum suorum oculis subjicit in 7. concione.

Stavano alcuni, tutta la notte diritti orando al sereno, altri ginocchioni, altri curvi, ma per lo più colle mani tutte legate dietro le spalle a guisa di rei, perpetuamente tenevano i lumi bassi, nè si riputavano degni di mirar il Cielo. Sedevano altri in terra aspersi di cenere, sordidi, scarmigliati, e fralle ginocchia tenendo celato il volto, ululavano sopra l'anima loro, e la deploravano. Altri percotevansi il petto, altri si svellevano i crini, ed altri putrefatte mirandosi le lor carni per gli alti strazj, co' quali le avevano lacerate, parea, che solo in quella vista trovassero alcun sollievo, e si confortassero. Che trattar ivi di giubili? Che di scherzi? Che di facezie? Pietà, clemenza, compassione, perdono, misericordia, questi erano i soli accenti, che per quelle caverne si udivano risonare, se pur si udivano; mercè i singhiozzi, mercè i ruggiti, che ogni altro suo-

no opprimevano, nè lasciavano altro distinguere, se non pianto: quivi prolissi i digiuni, quivi brevissimi i sonni, quivi niuna cura, quantunque moderatissima, de' lor corpi. Avresti veduti alcuni per la gran sete lungamente raccolta, trar gravi aneliti, e tenere a guisa di cani, la lingua fuori, tutta inaridita, tutt'arsa. Altri si esponevano ignudi di mezzo verno alle notturne intemperie di un Ciel dirotto: altri si attuffavan ne'ghiacci; altri si ravvolgevano tra le nevi: ed altri, i quali non avevano animo a tanto, pregavano il Superiore, che almen gli volesse, caricati di ferro, tenere in ceppi, nè tenerveli solo per alcun dì, ma stabilmente, ma sempre, ma finchè fossero dopo morte condotti alla sepoltura. Benchè qual sepoltura diss' io? Non mancavano molti di supplicare con ansia grande, che nè pur questo si usasse loro di pietà; ma che ancor caldo fosse il loro cadavero dato ai corvi, o gittato ai cani: e così spesso veniva loro promesso, e così attenuto, non sovvenendoli prima, per sommo loro dispregio, nè pur di un salmo, non che d' alcun più onorevole funerale.

Videas nunc qua arte et verborum magnificentia festum apparatum, populique gestientis laetitiam exprimat cum S. Joannis Chrysostomi corpus ab exilio redux Constantinopolim receptum est.

Lungo è spiegare la magnificenza, la divozione, la calca con cui su le spalle di nobili Sacerdoti fu portato sino in Calcedone. E già in Calcedone era opportunamente arrivato l'Imperatore con un'intera armata di navi e piccole e grandi adornate pomposamente: quando appressatosi con la sua splendidissima capitana, vi ricevette a ginocchia piegate il sacro deposito, e tra un giocondissimo strepito di trombe, di viole, di cetere, di tamburi fè dirizzare immantinente le prore a Costantinopoli. Dica l'Oceano medesimo, s' egli altra volta avea mirato giammai trionfo più bello. Splendevano d'ogni intorno tutte le spiagge ancor più remote di fiaccole e di fanali: rideva il ciel più sereno, il mare più pla-

cido; e solo alcuni venticelli battendo maestrevolmente su l'acque le lor penne, parea che s'ingegnassero d'accordar con l'armonia delle voci il suono delle onde. Ogni naviglio folgorava di oro, ogni antenna era inghirlandata di fiori, ed ogni poppa incoronata di fiamme. Precedevano prima i legni men nobili, appresso i più signorili, ed in fine seguiva la capitana, vie più ancora di ogni altra ragguardevole per la maestà della mole, per la ricchezza de'lumi, per la sontuosità degli addobbi. E omai non lungi miravasi il porto della Città, quando ad uno stesso momento conturbasi il cielo, e il mar corrucciandosi, levossi una burrasca sì formidabile che squarciate le vele e rotte le sarte, dissipò tutta improvvisamente l'armata. Figuratevi voi, se a un tratto cambiaronsi i salmeggiamenti di giubilo in gemiti di spavento. Chi temea della sua vita, e chi dell'altrui, e più anche molti temevano della perdita di quel sagrosanto deposito, quasi che quel mare medesimo, il quale rigetta stomacato e sdegnoso gli altri cadaveri, fosse di questo divenuto famelico ed invidioso. Ma dileguossi ogni timore quando videro avere il Santo stesso eccitata si gran procella per venir così trasportato a salutare la memorabile vigna di quella vedova, per cui tanto avea tollerato. Perocchè arrivata che fu la sua capitana vicino a quella riviera, rasserenossi l'aria, tacquero i venti, si tranquillarono le acque, e ricongiuntisi insieme tutti i vascelli seguirono lietamente il loro viaggio all'imperiale città. E qui di nuovo comincian pure altre pompe ed altri stupori. Scendono tutti sul lido i cavalieri, i sacerdoti, i soldati, e sino al tempio degli Apostoli, s'ordina una solennissima processione, dietro la quale a guisa di trionfante siegue su il carro imperiale il sagro cadavero. Quindi qual credete che sia l'accompagnamento di sì nobile funerale? Muti, che snodan la lingua; sordi, che riacquistan l'udito: zoppi, che disciolgono il passo; ciechi, che riaprono i lumi; infermi che riguadagnano la salute: e in un con questi inonda un mare sì smisurato di popolo, che Costanti-

nopoli stessa nol cape in seno. Nè già fu alcuno, a cui quel dì fossero oggetti di oziosa curiosità o gli archi trionfali che incontravansi in ogni strada, o le iscrizioni eleganti che pendeano d' ogni parete, o i nembi fioriti che piovevano da ogni balcone.

Nec certe splendidus minus et luculentus locus est in quo Moysem leges a Deo accipientem in vertice Sinai describit.

Voi ben sapete, come già Dio comparve a Mosè su la cima del monte Sinai, per dargli di sua bocca la legge che si doveva promulgare al suo popolo. Ma quanto spaventoso fu l'apparato, con cui comparvegli! Parea che tutte le tempeste, chiamate da'quartieri delle nuvole e degli abissi, fosser venute a general rassegna sopra quel monte. Il campo della battaglia era l'aria, la quale per rendere la battaglia ancor più ferale, aveva, ad onta del sol presente, recata una folta notte: se non che di tratto in tratto veggendosi comparire alcune come fiaccole accese, o fanali ardenti, folgorava pur qualche luce: ma luce sì spaventosa, che rendea tosto desiderabili le ombre e cara la notte. Rispondevano d'ogni lato frattanto con formidabile concerto, al muggir de'tuoni lo strepitar delle trombe, ed allo strepitar delle trombe il muggir dei tuoni. Non potevi sapere, se fossero questi segni che incitassero alla battaglia, o suonassero alla ritirata; anzi vedevi, che per rendere anche maggiore la confusione, nel medesimo punto che usciva il lampo, scoppiava col lampo il tuono, e nel medesimo ancora che scoppiava il tuono, volava col tuono il fulmine. Fumava il monte agli squarci ed alle scissure che gli formavano i fulmini nelle viscere: e vomitando fuoco, e vibrando fiamme, avresti creduto dover tutt'ardere in breve lo stesso cielo di un funestissimo incendio. Or immaginatevi un poco per vita vostra, che dovea fare quel popolo a una tal vista, che dovea dire. Stava egli d'ogni intorno schierato conforme i termini che Dio gli

aveva prescritti: e udiva quei fragori, e vedeva quelle battaglie, e sapeva nel mezzo appunto di quelle ritrovarsi il suo condottiere Mosè. Qual giudizio però doveva egli farne? V'erano confusamente tra essi delle donne, dei giovani, de' fanciulli; e gli uomini stessi, siccome d' intelletto assai grossolano, doveano probabilmente pensarsi, che ogni momento fosse l'ultimo per Mosè. Ah, dovea dir quella donna in veder precipitare quel fulmine: questo è quello che va diritto a ferirlo. Ah, dovea ripigliare quell'altra, in veder salir quella vampa: questa è quella che va veloce a ingojarselo: e come può essere (doveano discorrere altri fra loro) che tanto fumo non gli abbia soffogate ancora le fauci? Troppo ardito egli è stato certo a fidarsi di andar tant'alto. Potea pur contentarsi di rimanersene, come gli altri, alle falde della montagna, scusandosi presso a Dio, se non poteva seguitarlo alla cima.

Sed de oratoria descriptione satis sit: nunc de Poetica videamus, quamvis hic locus non esset, non enim nobis de poetis praecipuus sermo est. Malo tamen exemplis abundare, ut tyrones aliquid oblectamenti capiant, conlatisque locis historicis, oratoriis, et poeticis ex se intelligant unam ubique describendi artem, sed certis finibus circumscriptam a diverso orationis fine et charactere.

§. III.

De Descriptione Poetica.

Quaenam est descriptio Poetica?

R. Ut pictura poesis erit, dixit Pisonum Praeceptor, et Tullius Homeri poesim contendit esse picturam potius existimandam in 5. Tusculanarum quaestionum — *traditum est Homerum coecum fuisse; at ejus picturam non poesim videmus — Homerus ergo quae ipse non vidit, ut nos videamus effecit.*

Quid sibi haec verba volunt?

R. Hoc nempe, descriptionem poeticam picturam esse debere. Itaque et in eligendis verbis major cura esse debet, ut illa sono numerisque rem imitentur: in collocandis, ut motum animorum et corporum quibusdam veluti coloribus referant: vivax sententiarum splendor, ut mentes feriant, et voluptatem inducant, remque de qua agitur oculis manibusque subjiciant. Solertiam in adjunctis, in ordine servando industriam, in varietate diligentiam, in exponendo elegantiam postulo. Omnia vera, vel proxima veris sint; abhorret enim animus ab illis, quae sive sunt, sive falsa videntur.

Quid differt poetica descriptio ab historica et oratoria?

R. Cognoscere licebit si finem cujuscumque excutiamus. Historicus describit ut rem melius clariusque teneas, orator ut affectus animique motus excitet, quod ad persuadendum maxime conducit, poeta praecipue ad delectandum. Historicus ergo ut doctor descriptione utitur necessitatis causa; orator utilitatis, poeta voluptatis. Artes vero, quae a voluptate oriuntur nil mediocre patiuntur. Quare tantum caeteras poetica descriptio superabit, quantum narratio a descriptione superatur: ita ut historicum et oratorem verbis re significare et illustrare, poetam coloribus a natura ipsa mutuatis descripsisse dicas.

Afferas nonnulla poeticarum descriptionum exempla.

R. Locorum descriptionem sumemus a Virgilio, et Tasso.

Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto

Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atque hinc vastae rupes, geminique minantur
In coelum scopuli, quorum sub vertice late
Aequora tuta silent, tum sylvis scena coruscis
Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum:
Intus aquae dulces, vivoque sedilia saxo,
Nympharum domus: hic fessas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat anchora morsu.

Luogo è in una dell'erme (*selve*) assai riposto,
Ove si curva il lido e in fuori stende
Due lunghe corna, e fra lor tiene ascosto
Un ampio seno, e porto un scoglio rende,
Ch'a lui la fronte, e il tergo all'onda ha opposto,
Che vien dall'alto, e la respinge e fende.
S'innalzan quinci e quindi, e torreggianti
Fan due gran rupi segno a'naviganti.
Tacciono sotto i mar sicuri in pace:
Sovra ha di negre selve opaca scena:
E in mezzo d'esse una spelonca giace,
D'edere e d'ombre e di dolci acque amena.
Fune non lega qui, nè col tenace
Morso le stanche navi ancora frena.
La donna in sì solinga e queta parte
Entrava, e raccogliea le vele sparte.

Descriptio imbris in 1. Georgicorum lib. vers. 316. habemus:

Saepe ego, cum flavis messorum induceret arvis
Agricola, et fragili jam stringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere praelia vidi,
Quae gravidam late segetem radicibus imis
Sublime expulsam eruerent; ita turbine nigro
Ferret hyems culmumque levem, stipulasque volantes.
Saepe etiam immensum coelo venit agmen aquarum,
Et foedam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectae ex alto nubes: ruit arduus aether

Et pluvia ingenti sata laeta, boumque labores
Diluit: implentur fossae, et cava flumina crescunt
Cum sonitu, fervetque fretis spirantibus aequor.
Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit, fugere ferae, et mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor: ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit; ingeminant austri, et densissimus imber:
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.

Tassus noster una tantum strophe ita exortum turbinem et cadentem grandinem describit Cant. 7. stroph. 115.

Dagli occhi de' mortali un negro velo
Rapisce il giorno e il sole; e par che avvampi
Negro via più che orror d' inferno il cielo,
Così fiammeggia infra baleni e lampi,
Fremono i tuoni, e pioggia accolta in gelo
Si versa, e i paschi abbatte, e inonda i campi:
Schianta i rami il gran turbo, e par che crolli
Non pur le quercie, ma le rocche e i colli.

Mirabili arte Virgilius depingit duos serpentes, qui Laocoonta petunt, et cum natis interimunt. Totum locum afferam; ex se tyrones expendant qua arte collocata sint verba, ut picturam efficiant.

Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos
Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubaeque
Sanguineae exsuperant undas: pars caetera pontum
Pone legit, sinuatque immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: jamque arva tenebant,
Ardentesque oculos suffecti sanguine et igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exsangues; illi agmine certo

Laocoonta petunt: et primum parva duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterque
Implicat, et miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
Corripiunt, spirisque ligant ingentibus: et jam
Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite, et cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit divellere nodos,
Perfusus sanie vittas atroque veneno:
Clamores simul horrendos ad sidera tollit;
Quales mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, et incertam excussit cervice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, saevaeque petunt Tritonidis arcem;
Sub pedibusque Deae, clypeique sub orbe teguntur.

Pari artificio Dantes noster Comitis Ugolini mortem describit ita ut legenti saepe accidat id quod alibi Virgilius dixit:
Obstupui, steteruntque comae, vox faucibus haesit.

Già eran desti, e l' ora s' appressava
Che il cibo ne soleva essere addotto,
E per suo sogno ciascun dubitava:
Ed io sentii chiavar l' uscio di sotto
All' orribile torre: ond' io guardai
Nel viso a' miei figliuoi senza far motto.
I' non piangeva, sì dentro impietrai:
Piangevan elli; ed Anselmuccio mio
Disse: Tu guardi sì, padre; che hai?
Però non lagrimai, nè rispos' io
Tutto quel giorno, nè la notte appresso:
Insin che l' altro sol nel mondo uscìo.
Come un poco di raggio si fu messo
Nel doloroso carcere; ed io scorsi
Per quattro visi il mio aspetto stesso:
Ambo le mani per dolor mi morsi:
E quei, pensando ch' io 'l fessi per voglia
Di manicar, di subito levorsi,

E disser: padre, assai ci fia men doglia
Se tu mangi di noi: tu ne vestisti
Queste misere carni, e tu le spoglia.
Quetàmi allor per non farli più tristi:
Quel dì e l'altro stemmo tutti muti:
Ahi dura terra, perchè non t'apristi?
Posciachè fummo al quarto dì venuti
Gaddo mi si gittò disteso a' piedi,
Dicendo: padre mio, che non m'ajuti?
Quivi morì; e come tu mi vedi,
Vid'io cascar li tre ad uno ad uno
Fra il quinto dì e il sesto: ond'io mi diedi
Già cieco a brancolar sovra ciascuno,
E tre dì li chiamai, poichè e' fur morti:
Poscia, più che 'l dolor potè 'l digiuno.

Ovidius in XI. Metamorph. libro regiam somni his versibus fingit.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu
Mons cavus, ignavi domus, et penetralia Somni,
Quo nunquam radiis Oriens, mediusve, cadensve,
Phoebus adire potest: nebulae caligine mistae
Exhalantur humo, dubiaeque crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Evocat Auroram, nec voce silentia rumpunt
Sollicitive canes, canibusve sagacior anser;
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanaeve sonum reddunt convitia linguae:
Tuta quies habitat; saxo tamen exit ab imo
Rivus aquae Lethes, per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri foecunda papavera florent,
Innumeraeque herbae, quarum de lacte soporem
Nox legit, et spargit per opacas humida terras.
Janua, ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est, custos in limine nullus:
At medio torus est hebeno sublimis in antro
Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus,

Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana jacent totidem, quot messis aristas,
Sylva gerit frondes, ejectat litus arenas.

Quam descriptionem imitatus et aemulatus est Areostus noster, ut videre tibi licebit.

Giace in Arabia una valletta amena,
Lontana da cittadi e da villaggi,
Ch' all' ombra di duo monti è tutta piena
D' antiqui abeti e di robusti faggi.
Il sole indarno il chiaro dì vi mena,
Chè non vi può mai penetrar co' raggi,
Sì gli è la via da folti rami tronca;
E quivi entra sotterra una spelonca.
Sotto la negra selva una capace
E spazïosa grotta entra nel sasso,
Di cui la fronte l' edera seguace
Tutta aggirando va con storto passo.
In questo albergo il grave Sonno giace:
L' Ozio da un canto corpulento e grasso,
Dall' altro la Pigrizia in terra siede,
Che non può andare, e mal reggesi in piede.
Lo smemorato Oblío sta su la porta:
Non lascia entrar nè riconosce alcuno;
Non ascolta imbasciata, nè riporta;
E parimente tien cacciato ognuno.
Il silenzio va intorno e fa la scorta:
Ha le scarpe di feltro e 'l mantel bruno:
Ed a quanti n' incontra, di lontano,
Che non debban venir, cenna con mano.

Hactenus de poetica descriptione. Sed antequam ad alia veniamus scire volo tyrones me de industria attulisse quasdam descriptiones quas Italici imitati sunt a poetis latinis, ut ab hoc etiam imitationis studio capiantur, et ab exemplis modum quem suo loco dicemus arripiant.

CAPUT XVII.

DE TRIPLICI STYLI GENERE, ET PRIMUM DE DECORO

Quomodo parari potest facultas recte scribendi?

R. Parabitur facultas recte scribendi si cujusque generis orationis character quaeratur. Nam quum caput artis sit decere, intelligendum in primis est quid orationi deceat, quid non. Sed quid deceat, quid non, facile cognoscemus si animadvertamus quo in genere scriptionis versemur, et quid nobis in dicendo propositum sit. Nam ut tria genera orationis esse diximus, quorum alterum ad docendum, alterum ad delectandum, tertium vero ad movendum contendit, ita omnis oratio triplicem characterem, seu stylum assumit: simplicem et tenuem in docendo, ornatum et suavem in delectando, vehementem et grandem in movendo. Et quo quisque in dicendo, vel scribendo characterem orationis servaverit, hoc erit majore dignior commendatione: nam hoc modo decorum assequetur, et punctum omne feret. Character orationis vero, sive idem est ac stylus, sive ut ego malim in stylo apprime consistit.

Quid est Stylus?

R. Stylus est peculiaris quaedam ratio, qua scriptor ingenii sui vires, imaginationis, affectuumque contemperat, ut orationis genus, indoles propria decorisque leges expostulant. Nomen habuit ab acu, seu instrumentum quo in ceratis tabulis veteres scribebant, quae prima vox et origo pro ipsa scriptione seu dictione et sermonis conformatione postea usurpata est.

Definitionem hanc styli velim declares.

R. Dixi *stylum esse peculiarem orationem, qua scriptor ingenii, mentis, animique vires contemperat,* quod stylus ab ingenio, imaginatione, et affectibus formam accipit: dixi *peculiarem esse*: nam non omnes eodem modo sentiunt, nec eodem modo animo et mente concipiunt, verbisque res exprimunt: dixi *uti genus orationis expostulat,* nam cum varia sint genera orationis, ut antea docuimus, quod alteri decet, ab altero admitti non potest: dixi denique *ut indoles propria legesque decoris expostulant*, quod stylus sive dicendi character a charactere scribentis abesse non potest, cum sit veluti quaedam scribentis effigies. Leges decoris vero nemini praeterire permissum est: his enim posthabitis, venustatem, et vim omnem oratio amittat necesse est.

Quid huic definitioni consequens est?

R. Nempe hoc unum consequitur, ut qui ad scribendum aggreditur operam det, ut bene ingenium, mentemque propriam contemperet excolatque, atque animadvertat quo in genere orationis versetur, naturam propriam, non ab aliis mutuatam, sed excellentiorum arte et studio informatam sequatur, omnes decoris leges perpendat, et servet: quod ut facile assequi possit vires imitatio suppeditabit. Nam hoc primum imitatione praestamus, ut animum mentemque componamus, et pene dixerim, optimorum scriptorum exemplo effingamus: orationis genera secernamus, et quod decorum est sponte nulloque labore arripiamus.

Quotuplex est Stylus?

R. Ut genera dicendi tria, ita et stylus triplex. Ad docendum enim stylus simplex, seu tenuis vel

subtilis maxime aptus: mediocris sive floridus ad delectandum: sublimis, seu vehemens ad movendum. Nunc de unoquoque singillatim breviterque disseremus.

CAPUT XVIII.

DE STYLO SIMPLICI

Quid est Stylus Simplex?

R. Stylus Simplex qui etiam nuncupatur tenuis, et subtilis, et infimus ille est, qui consuetudinem puri sermonis, ac prope quotidiani imitans, nihil habet elaborati, et propria ingenuitate ac nitore elucet. In docendo praecipue, in narrando, et in rebus tenuioribus, quae sermonis familiaris speciem praeseferunt, cujusmodi sunt Epistolae, Dialogi, Fabulae, Comoediae, solet usurpari.

Quaenam sunt dotes Styli Simplicis?

R. Perspicuitas, Suavitas, et Munditia; de quibus quamquam supra dictum sit, tamen hoc loco memoriae gratia non nihil repetere lubet. Sermo erit purus, et latinus, (ait Cicero) si dilucide planeque dicatur: ut quamvis ornatus omnis insignis removeatur, et quaesitae venustates elaborataque concinnitas absit, tamen elegantia, et mundities remanent. Et quamquam e numerorum vinculis stylus simplex sit eximendus, nihilominus, neque solutus, neque vagus erit, ita ut ingredi libere, non licenter errare videatur. Habeat ille etiam molle quiddam quod indicet non ingratam hominis negligentiam, de re magis quam de verbis laborantis.

Eritne omnis tenuiorum etiam figurarum et troporum ornatus a Stylo simplici removendus?

R. Figurarum, et troporum verecundus erit usus:

sunt et figurae ad docendum aptae, quae hic locum obtinent: sed parce: translatione vero uti potest crebrius, qua frequentissime sermo omnis utitur. Hoc ornamento igitur liberius paulo quam caeteris stylus simplex utetur: negligenter tamen. Caeterum et in verbis, et in sententiis, omni arte, lenocinioque careat, ita ut sermone comuni nihil distare videatur. In ambitu etiam tenuis sit, ne in rerum omnium tenuitate numerus indecenter assurgat: debet enim ut antea dictum est ab omnibus numerorum vinculis eximi.

Cum stylus simplex omni arte ornatuque abhorreat, nonne facile etiam ab imperitis comparabitur?

R. Minime: nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. Quare illud Horatianum opportune venit

. . . . Sibi quivis
Speret idem, sudet multum, frustraque laboret
Ausus idem.

Etsi enim non plurimi sanguinis (ut cum Tullio loquar) Stylus simplex est, habeat autem succum aliquem oportet , ut etiamsi illis maximis viribus ornatibusque careat, quibus caeteri florent, integra tamen valetudine, et naturali quodam robore vigeat.

Ubi locum habet stylus simplex?

R. Cum dictum sit ad docendum esse idoneum, nec non ad narrandum, facile locum quem obtinet designavimus. Nam si in docendo narrandove praecipue, et in sermone familiari hunc usurpamus, facile intelligi potest, ubicumque mens quieta ab omnibus imaginationis affectuumque motibus sermonem regit, locum habere. Quare has inter tres styli rationes hoc interest, ut stylus simplex quieta mente semper

regatur: mediocris etiam compositis motibus ad delectationem; sublimis vehementioribus animi, mentisque concitationibus praesertim vigeat.

Unde petenda sunt exempla Styli Simplicis?

R. Selectissima exempla styli simplicis passim invenies, si de latinis Scriptoribus aureae Augusti aetatis sermo sit, in Caesaris Commentariis, in Cornelio Nepote, in Epistolis Ciceronis, in Terentii Comoediis, in Fabulis Phaedri, ac in Virgilii Bucolicis. Si de italicis Scriptoribus dicatur in *Speculo Penitentiae* Jacobi Passavantis, *in Vitis Sanctorum Patrum* a Dominico Cavalca interpretatis, et fere in omnibus Scriptoribus Seculi XIV praesertim in Angeli Pandolfini libro de *Regimine Domus*. Inter poetas simplicitatis laude florent Torquatus Tassus in Bucolicis, Sanazzarius in Arcadia, Politianus, Alamannius, Oricellarius: nec in Aligherio, Petrarca, et Areosto pulcherrima styli simplicis exempla desunt.

Quodnam vitium occurrit quaerenti Styli simplicitatem?

R. Qui fugiunt et reformidant omnem in scribendo ornatum, nihil probantes, nisi planum, et humile, et sine conatu, in illum incidunt stylum, qui siccus et exanguis, et aridus dicitur, qui nil ferme habet ornamenti, neque succi. Ita dum timent ne aliquando cadant, semper jacent, et ut ait Horatius in Epistola ad Pisones

Serpit humi tutus nimium, timidusque procellae.

In hoc enim dicendi genere quod subtilitatem tenuitatemque consectatur, cavendum est, ne nimio studio exilitatem orationis imitari videamur, et dum vitiosa colligere metuimus, verum sermonis succum,

et sanguinem disperdamus. Denique in hoc suprema lex habeatur, ut in ipsa tenuitate nil nisi politum, et urbanum, et elegans probetur, neque quod ineptum, aut politum est, simplex et subtile ducatur. Sunt qui cum inepte aliquid sicceque dixerint se simpliciter ingenueque dixisse affirmant: at non ineptiis, sed munditie, non futili, sed casto sermone stylus simplex alitur, propriisque veneribus emicat, tanto venustioribus, quanto minus accersitis, in quo plus operae est certe, quam appareat.

§. I.

Exempla Styli Simplicis ad docendum.

Quaenam esse debet oratio Philosophorum?

R. Quamquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt (siquidem et Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit, et Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit, et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt: et longe omnium, quicumque scripserunt, aut locuti sunt, extitit, et gravitate princeps Plato) tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios, ac forenses habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt, quam incitare. Sic de rebus pacatis, ac minime turbulentis, docendi causa, non capiendi loquuntur, ut in eo ipso, quod delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus non nullis quam necesse sit, facere videantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, secernere. Mollis est enim oratio philosophorum et umbratilis, nec sententiis nec verbis instructa popularibus, nec vincta numeris, sed soluta liberius. Nihil iratum habet, nihil invidum, nihil a-

trox, nihil mirabile, nihil astutum: casta verecunda, virgo incorrupta quodam modo. Itaque sermo potius quam oratio, dicitur. Quamquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est = Cic. Orator =

§. II.

Exempla.

I. QUAENAM SIT VERA LIBERTAS

Quid est libertas? Potestas vivendi ut velis. Quis igitur vivit ut vult, nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio cui vivendi via considerata atque provisa est? qui legibus quidem non propter metum paret, sed eas sequitur atque colit, quia id salutare maxime esse judicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac libere: cujus omnia consilia, resque omnes quas gerit, ab ipso procificuntur, eodemque referuntur; nec est ulla res, quae plus apud eum polleat, quam ipsius voluntas atque judicium: cui quidem etiam, quae vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit: quae, sicut sapiens poeta dixit; *suis cuique fingitur moribus.* Soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. *Cic.*

II. QUID PRAESTARE DEBEAT AMICUS SCRIPTORI POETAE

Quintilio siquid recitares: corrige, sodes,
Hoc ajebat, et hoc: melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra: delere jubebat,
Et male tornatos incudi reddere versus,
Si defendere delictum, quam vertere, malles,
Nullum ultra verbum, aut operam insumebat inanem,
Quin sine rivali, teque et tua solus amares.
Vir bonus ac prudens versus reprehendat inertes,
Culpabit duros, incomtis adlinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget,

Arguet ambigue dictum, mutanda notabit:
Fiet Aristarchus, non dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? Hae nugae seria ducent
In mala derisum semel, exceptumque sinistre.

III. QUID IN LIBERORUM INSTITUTIONE QUAERENDUM SIT

.... Ego hunc majorem adoptavi mihi,
Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo:
In eo me oblecto: solum id est carum mihi:
Ille ut item contra me habeat, facio sedulo;
Do, praetermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere. Postremo, alii clanculum
Patres quae faciunt, quae fert adolescentia,
Ea ne me celet consuefeci filium:
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit caeteros.
Pudore, et liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quam metu.
Haec fratri mecum non conveniunt neque placent.
Venit ad me saepe clamitans, quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris?
Vestitu nimium indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse est durus, praeter aequumque et bonum:
Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius
Vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur,
Mea sic est ratio, et sic animum induco meum;
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit:
Studet par referre; praesens, absensque idem erit,
Hoc patrium est potius consuefacere filium,
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater, ac dominus interest. Hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis.

(*Terentius in Adelphis. Scena* 1.)

IV. QUANTAM IN LIBERORUM ANIMIS EXEMPLA PARENTUM VIM OBTINEANT

L' esempio ha tanto più di forza a persuadere, che le parole, quant' è più facile credere agli occhi suoi che all' udito. Se pure non vogliam dire che le parole non son più che una immagine dell' opera, l' esempio è l' opera stessa: onde quant' è più efficace chi tratta un negozio da sè, che chi lo tratta per mezzo di altri; tanto è più efficace chi fa ciò ch' egli vuol persuadere, che chi lo dice. Mirate adunque se di suo genere è per verità pernicioso ogni malo esempio, da chiunque venga. Or quanto adunque più, venendo dai padri? Oltre a quel potere che hanno generalmente le opere per muoverci ad imitarle, è da considerare il potere che hanno di più quelle de' padri, per due ragioni. La prima è dalla banda de' padri: i quali sono da' figliuoli apprezzati altissimamente. È vero che i giovanetti sentono talora nominare principi, prelati, re, imperadori; ma, perchè non li veggono, questi nomi di onore non eccitano in loro tanto di reverenza quanto n' eccita quello di padre, e quanto n' eccita quella sovranità, la quale hanno davanti al loro cospetto. Onde ogni azione paterna è per loro una legge, ricevuta a chius' occhi per buona, senz' altro esame. L' altra ragione è dalla banda de' figliuoli medesimi, i quali mentre son piccoli, per l' imperfezione del loro discorso, vivono d' imitazione, e a guisa de' principianti nella pittura, non sanno far altro che copiare. Pertanto non si può spiegare la forza che ha la buona, o la rea vita de' padri, e delle madri per rendere le loro creature a sè simili ne' costumi. Tanto che è più facile assomigliarsele nella forma del vivere, che non è facile assomigliarsele nelle fattezze del volto.

(*P. Segnerus in Christiano suam legem edocto*)

V. DE ILLORUM VANITATE, QUI VIRIBUS INGENII HUMANI FRETI INFINITAM NATURAE VIM COMPLECTI CONANTUR

Estrema temerità mi è parsa sempre quella di coloro

che voglion fare la capacità umana, misura di quanto possa, e sappia operar la natura; dove che all'incontro, e' non è effetto alcuno in natura per minimo ch' e' sia, all'intera cognizion del quale possano arrivare i più speculativi ingegni. Questa così vana prosunzione d'intendere il tutto, non può aver principio da altro, che dal non avere inteso mai nulla. Perchè quando altri avesse sperimentato una sola volta a intendere perfettamente una sola cosa, ed avesse gustato veramente come è fatto il sapere, conoscerebbe come dall' infinità dell' altre conchiusioni, niuna ne intende.

(*Galileus Galilei*)

VI. QUI LOCUS SIT APIBUS ELIGENDUS

Prima sceglier convienti all' api un sito,
Ove non possa penetrar il vento,
Perchè il soffiar del vento a quelle vieta
Portar da la pastura a l' umil case
Il dolce cibo, e la celeste manna.
Nè buono è dove pecorella pasca,
O l' importuna capra, e suoi figliuoli,
Ghiotti di fiori, e di novelle erbette.
Nè dove vacche, o buoi che col piè grave
Frangano le sorgenti erbe del prato,
O scuotan la ruggiada da le frondi.
Ancora stian lontane a questo loco
Lucerte apriche, e le squamose biscie.
E non t'inganni il verde, e bel ramarro,
Che ammira fiso la bellezza umana;
Nè rondinella, che con destri giri
Di sangue ancora il petto, e le man tinta
Prenda col becco suo vorace, e ingordo
L' api, che son di cera e di mel carche,
Per nutricare i suoi loquaci nidi:
Troppo dolce esca di sì crudi figli.
Ma surgano ivi appresso chiari fonti,
O pelaghetti con erboso fondo,
O corran chiari, e tremolanti rivi

Nutrendo gigli, e violette e rose,
Che 'n premio de l'umor ricevon ombra
Dai fior, e i fior cadendo, infioran anco
Grati la madre, e il liquido ruscello.
Poscia adombri il ridutto una gran palma,
O l'ulivo selvaggio; acciò, che quando
L' aere s' allegra, e nel giovinett' anno
Si ricomincia il mondo a vestir d' erba,
I Re novelli, e la novella prole
S' assidan sopra le vicine frondi etc.
(*Joannes Oricellarius in Apibus*)

VII. QUANTUM OBSIT PRAEDIO MALA VICINITAS

Non giova villa d' ogni intorno chiusa,
Nè diligenza d' uomini e di cani
Contro le insidie che il vicin vostro usa.
Gallina che dall' uscio s' allontani,
Più non vi riede, e chiami pure e pianga
La villanella e battasi le mani.
Aratro o giogo o rastro o marra o vanga,
Qual sia di ferramenti o di legnami,
Non fidate che fuori si rimanga.
Or svelle viti, or pali, or tronca rami,
Or albero per foco o per altri usi;
Nè lascia intatti i prati nè gli strami.
Fura i legumi ancor ne' gusci chiusi,
Nè di frutti primier, nè di sezzai
Sostien che il padron doni o per sè gli usi.
Nel suo terren non mette piè giammai
Che danno non incontri; e guardia e cura
N' abbia a sua posta e d' ogni tempo assai.
Chi per sua colpa, o per sua rea ventura
S' accosta a rei vicini o si raffronta,
Sempre ha l' oste alle siepi ed alle mura.
(*Aloysius Tansillus in Praedio. Cap.* 2.)

Alia styli simplicis exempla ad narrandum et de scribendum.

VIII. DESCRIPTIO URI

Hi sunt magnitudine paullo infra elephantos; specie et colore et figura tauri. Magna vis eorum et magna velocitas: neque homini, neque ferae, quam conspexerint, parcunt. Hos studiose foveis captos interficiunt. Hoc se labore durant homines adolescentes atque hoc genere venationis exercent; et, qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sunt testimonio, magnam ferunt laudem. Sed adsuescere ad homines et mansuefieri, ne parvuli quidem excepti, possunt. Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

(Caesar de Bello Gall. lib. 6. Cap. 28.)

IX. EPAMINONDAS

Modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo, adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur; item continens, clemens, patiensque admirandum in modum; non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque commissa celans, quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere. Studiosus audiendi, ex hoc enim facillime disci arbitrabatur . . . . . .

Paupertatem adeo facile perpessus est, ut de republica nihil praeter gloriam coeperit. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus; fide ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut possit judicari omnia ei cum amicis fuisse communia.

Fuit etiam disertus, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus.

Cum animadverteret mortiferum se vulnus accepisse, simulque si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim amissurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum est vicisse Boeotios: id postquam audivit, *satis*, inquit, *vixi*; *invictus enim morior*. Tum ferro extracto confestim exanimatus est.

(Ex Cornelio Nepote)

X. TITYRUS DOCET MELIBOEUM QUID SIBI CAUSAE FUISSET UT ROMAM IRET

Mel. Sed tamen, iste Deus qui sit, da, Tityre, nobis.
Tit. Urbem quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
Stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus
Pastores ovium teneros depellere foetus:
Sic canibus catulos similes, sic matribus haedos
Noram; sic parvis componere magna solebam.
Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
Mel. Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?
Tit. Libertas; quae sera, tamen respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat,
Respexit tamen, et longo post tempore venit,
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura pecull,
Quamvis multa meis exiret victima septis
Pinguis, et ingratae premeretur caseus urbi,
Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat.
(*Virgilius Ecloga* 1.)

XI. LUCTUS IN MORTE PASSERIS LESBIAE

Lugete o Veneres, Cupidinesque,
Et quantum est hominum venustiorum.
Passer mortuus est meae puellae,
Passer, deliciae meae puellae,
Quem plus illa oculis suis amabat;
Nam mellitus erat, suamque norat
Ipsam tam bene, quam puella matrem:
Nec sese a gremio illius movebat;
Sed circumsiliens modo huc, modo illuc,
Ad solam dominam usque pipilabat.
Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, unde negant redire quemquam:
At vobis male sit malae tenebrae
Orci, quae omnia bella devoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis.

O factum male! o miselle passer,
Tua nunc opera meae puellae
Flendo turgiduli rubent ocelli.

(*Ex Catullo*)

XII. RURIS OBLECTAMENTA ET UTILITATES

La villa si trova graziosa, fidata, veridica. Se tu la governi a' tempi e con amore, mai le parrà averti soddisfatto; sempre t' aggiunge premio a premio. Alla primavera, la villa ti dà grandi sollazzi, verzure, fiori, odori, canti d'uccelli, ed isforzasi con ogni maniera farti lieto e giocondo. Tutta ti ride, e ti promette grande ricolta, ti riempie d'ogni buona speranza, diletto, e piacere. Dipoi, quanto si trova la villa cortese! Ella ci manda a casa ora uno, ora un altro frutto, mai lascia la casa vota di qualche suo premio. All' autunno, ti rende la villa alle tue fatiche, ed ai tuoi meriti ismisurato frutto, premio e mercè, quanto volentieri e con quanta abbondanza! Per uno dodici; per un piccolo sudore, più botti di vino, e quello ch'è vecchio in casa, la villa te lo dà nuovo, stagionato, netto, e buono. Riempieti la casa per tutto il verno d' uve fresche e secche, susine, noci, fichi, pere, mele, mandorle, nocciole, giuggiole, melagrane ed altri frutti sani, e pomi odoriferi e piacevoli e di dì in dì non resta mandarti degli altri frutti più serotini. Nel verno non dimentica esserci liberale: ella ci manda legna, olio, sermenti, lauri, ginepri, per farci ritirati dalle nevi e da' venti, fiamma odorifera e lieta. E se ti diletta starti seco, la villa ti conforta di splendido sole, porgeti la lepre, capriuolo, il porco selvatico, le starne, i fagiani e più altre ragioni d' uccelli, ed il campo lato che possa correre loro dietro con tuo grande spasso. Ti dà de' polli, latte, capretti, giuncate e delle altre delizie, che tutto l' anno ti serba, e sforzasi che in tutto l' anno in casa non ti manchi nulla. Ingegnasi che nell' animo tuo non entri alcuna maninconia o angustia: ti riempie di piacere e di utile. E se ti ri-

chiede opere, te le ricompensa in più doppi, e vuole che le opere ed il tuo esercizio sia pieno di diletto e non minore alla tua sanità, che utile alla cultura. Che bisogna più dirne? Non si potrebbe lodare a mezzo quanto la villa fa pro alla sanità, ed è commoda al vivere nostro, e necessaria alla famiglia. Sempre fu detto da' Savii, la villa essere refugio de' buoni uomini, onesti, giusti e massai, e guadagno con diletto. Spasso piacevolissimo uccellare, cacciare, pescare a tempi competenti.

(*Ex Pandolfino*)

XIII. CORNICIS AUCUPIUM

Ricordami avere ancora non poche volte riso dei casi della male augurata cornice; ed udite come. Ogni fiata, che tra le mani (siccome spesso addiviene) alcuna di quelle ne capitava, noi subitamente n' andavamo in qualche aperta pianura, e quivi per l' estreme punte delle ali la legavamo resupina in terra, nè più nè meno come se i corsi delle stelle avesse avuto a contemplare. La quale non prima si sentiva così legata, che con stridenti voci gridava, e palpitava sì forte, che tutte le convicine cornici faceva intorno a sè ragunare. Delle quali alcuna, forse più de' mali della compagna pietosa, che de' suoi avveduta, si lasciava alle volte di botto in quella parte calare per ajutarla: e spesso per ben fare ricevea mal guiderdone. Conciossiacosachè non si tosto vi era giunta, che da quella, che il soccorso aspettava, siccome da desiderosa di scampare, subito con le uncinate unghie abbracciata e ristretta non fosse; per maniera che forse volentieri avrebbe voluto, se potuto avesse, svilupparsi da' suoi artigli; ma ciò era niente; perocchè quella la si stringeva e riteneva sì forte, che non la lasciava punto da sè partire. Onde avresti in quel punto veduto nascere una nova pugna: questa cercando il fuggire, quella di ajutarsi, l' una e l' altra, egualmente più della propria che dell' altrui salute sollecita, procacciarsi il suo scampo. Per la qual

cosa noi, che in occulta parte dimoravamo, dopo lunga festa sovra di ciò presa, vi andavamo a spiccarle: e racquetato alquanto il rumore, ne riponevamo all' usato luogo, da capo attendendo che alcun' altra venisse, con simile atto, a raddoppiarne lo avuto piacere.

(*Sannazarius in Arcadia*)

XIV. SERRANUS PASTOR OPICO PASTORI CAUSAM SUI DOLORIS APERIT

Serr. Quantunque, Opico mio, sii vecchio, e carico
Di senno, e di pensier, che in te si covano,
Deh piangi or meco, e prendi il mio rammarico.
Nel mondo oggi gli amici non si trovano;
La fede è morta, e regnano le invidie;
E i mai costumi ognor più si rinnovano.
Regnan le voglie prave, e le perfidie
Per la roba mal nata, che gli stimula,
Talche il figliuolo al padre par che insidie:
Tal ride del mio ben, che 'l riso simula:
Tal piange del mio mal, che poi mi lacera
Dietro le spalle con acuta limula.
Op. L' invidia, figliuol mio, sè stessa macera,
E si dilegua come agnel per fascino;
Che non gli giova ombra di pino, o d' acera.
Serr. Il pur dirò, così gli Dii mi lascino
Veder vendetta di chi tanto affondami,
Prima che i mietitor le biade affascino;
E per l' ira sfogar ch' al core abbondami:
Così il veggia cader d' un olmo, e frangasi,
Tal ch' io di gioja e di pietà confondami.
Tu sai la via, che per le piogge affangasi:
Ivi s' ascose quando a casa andavamo
Quel, che tal viva, che lui stesso piangasi.
Nessun vi riguardò, perchè cantavamo,
Ma innanzi cena venne un pastor subito
Al nostro albergo, quando al foco stavamo,
E disse a me: Serran, vedi, ch' io dubito,
Che tue capre sian tutte; ond' io per correre
Ne caddi sì, ch' ancor mi dole il cubito.

Deh se qui fosse alcuno a cui ricorrere
 Per giustizia potessi: or che giustizia?
 Sol Dio sel veda, che ne può soccorrere.
Due capre, e duo capretti per malizia
 Quel ladro traditor dal gregge tolsemi;
 Sì signoreggia al mondo l'avarizia.
(*Sannazarius in Arcadia*)

XV. FRAUDES URBANAE

Tirsi: Dirolla volentieri. Allor che prima
 Mia sorte mi condusse in queste selve,
 Costui conobbi, e lo stimava io tale,
 Qual tu lo stimi: intanto un dì mi venne
 E bisogno e talento d'irne dove
 Siede la gran cittade in ripa al fiume
 Ed a costui ne feci motto; ed egli
 Così mi disse: Andrai nella gran terra
 Ove gli astuti e scaltri cittadini,
 E i cortigian malvagi molte volte
 Prendonsi a gabbo, e fanno brutti scherni
 Di noi rustici incauti: però, figlio,
 Va su l'avviso, e non t'appressar troppo
 Ove sian drappi colorati, e d'oro,
 E pennacchi, e divise, e fogge nove:
 Ma sopra tutto guarda, che mal fato,
 O giovenil vaghezza non ti meni
 Al magazzino delle ciance: ah! fuggi,
 Fuggi quell'incantato alloggiamento.
 Che luogo è questo? io chiesi: ed ei soggiunse;
 Quivi abitan le maghe, che incantando
 Fan traveder, e traudir ciascuno.
(*Torquatus Tassus in Bucolicis*)

CAPUT XIX.

DE STYLO MEDIOCRI

Quisnam est Stylus mediocris?

R. Ille est qui delectandi, sive interconciliandi

praestare videtur officium. Ut in docendo acumen, ita interconciliando lenitas postulatur. Is medium quemdam locum obtinet, inter infimum, et sublimem. Hoc dicendi genus neque majestatem verborum habet, aut gravitatem illam sententiarum, quae in sublimi est: neque est subtile, ac pressa oratione limatum, quemadmodum genus infimum ac simplex: sed, ut ait Tullius, est stylus quidam interjectus, et intermedius, et quasi temperatus, nec acumine inferioris, nec fulmine utens superioris, vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps.

Quaenam sunt ornamenta styli mediocris?

R. Huic stylo omnia dicendi argumenta conveniunt, plurimumque est in hac orationis forma, suavitatis. Dictus etiam a Tullio est florens et expolitus, quod in illo omnes verborum illigantur veneres et lepores. Omnia in illum lumina sermonis cadunt, nihilque est cultus eximii, nihil praeclarior ornatus quod ille respuat.

Ubi locum habet stylus mediocris?

R. Ubicumque ad delectandum, et ad interconciliandum (id est ad benevolentiam auditoris captandam) intendimus. Ad delectandum vero cum accedimus, mens omnino quiescit a vehementioribus animi perturbationibus, et ab imaginatione, ac affectu compositis suavibusque motibus leniter tentata est. His ille motibus utitur ad voluptatem, et benevolentiam auditorum conciliandam copia schematum arrepta, aliarumque rerum quibus exornatur.

A quibus praecipue Scriptoribus mediocris stylus est attingendus?

R. Si de Latinis loquamur in Ciceronis operibus, sive Rhetoricis, sive Philosophicis exquisita hujus

styli exempla inveniemus. Scriptores alii etiam hac styli laude floruerunt, ut videre licet in Sallustio, Livio, Paterculo, Curtio. Ii quamquam interdum assurgant, et ad sublimia tendant, nihilominus hoc praesertim utuntur stylo. Virgilius, si pauca demas, in Georgicis, Catullus et Tibullus in Elegiacis, Horatius in Epistolis, et Satiris hac forma styli excellunt, aliosque supereminent. Itali scriptores, a quibus genus hoc styli petere possumus, multi sunt, inter quos numeramus Daniel Bartolus in Vitis SS. Ignatii Lojolae, Stanislai Kostkae, Francisci Borgiae, nec non in Historiis Asiae, et Sinarum. In Vitis Pictorum a Vasario descriptis, in gravioribus Annibalis Cari Epistolis, ut sexcentos mittam, (quibus tyrones manus admovere maturius non debent) uberrima styli mediocris exempla habebimus. Sed prae caeteris exempla, ita vivam, luculentissima hujus styli Paulus Segnerus suppeditabit, in operibus quae inscribuntur *Il Cristiano Instruito*, e *l' Incredulo senza scusa:* quae volumina velim ab adolescentibus manu diurna et nocturna versari. Adderem libenter his *Florem Historiae Ecclesiasticae, et Vitas Christi Domini, et Aloysii Gonzagae* ab Antonio Cesari, inter recentiores omnium elegantiarum patre exaratas, ni a recentiorum nominibus et exemplis consulto abstinere decrevissem. Inter Poetas nostrates ad styli mediocris excellentiam assequendam legendos censeo Areostum in locis castigatis, Aloysium Alamannum in Poemate *de Agrorum cultu.* Adde Gabrielis Chiabrerae Epistolas Poeticas, Bernardini Baldi nauticorum libros, et Gasparis Gozzi sermones.

§. I.

Exempla styli mediocris.

DE AGRICOLARUM FELICITATE

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum justissima tellus!
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit aedibus undam,
Nec varios inhiunt pulchra testudine postes,
Illusasque auro vestes Ephyreïaque aera:
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno:
Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi.
At secura quies, et nescia fallere vita,
Dives opum variarum: at latis otia fundis
Speluncae, vivique lacus: at frigida Tempe,
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni
Non absunt: illic saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, parvoque adsueta juventus:
Sacra Deum, sanctique patres: extrema per illos
Justitia excedens terris vestigia fecit.
Me vero primum dulces ante omnia Musae,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,
Accipiant: coelique vias, et sidera monstrent:
Defectus Solis varios, Lunaeque labores:
Unde tremor terris; qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hiberni: vel quae tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturae excedere partes,
Frigidus obstiterit circum praecordia sanguis;
Rura mihi, et rigui placeant in vallibus amnes:
Flumina amem, silvasque inglorius. O, ubi campi
Sperchiusque, et virginibus baccata Lacaenis
Taigeta, o, qui me gelidis in vallibus Haemi
Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes et inexorabile fatum

Subjecit pedibus strepitumque Acherontis avari!
Fortunatus et ille, Deos qui novit agrestes,
Panaque, Silvanumque senem, Nymphasque sorores!
(*Ex Virgilii Georg. Lib.* 2.)

QUI SIT VERE DIVES

Quem intelligimus divitem? Aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta possessio est ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit; qui nihil quaerat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus oportet tuus te judicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuae: nihil sibi deesse putet, nihil curet amplius. Satiatus es, aut contentus etiam pecunia? Concedo, dives es: sin autem propter aviditatem pecuniae nullum quaestum turpem putas: si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis: si socios spolias, aerarium expilas; si testamenta amicorum exspectas, aut ne exspectas quidem, at ipse supponis; haec utrum abundantis, an agentis signa sunt? Animus hominis dives, non arca appellari solet. Quamvis illa sit plena, dum te inanem videbo, divitem non putabo: etenim ex eo quantum cuique satis est, metiuntur homines divitiarum modum.

O dii immortales! Non intelligunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia. Capit ille ex suis praediis sexcenta sestertia, ego centena ex meis: illi aurata tecta in villis, et sola marmorea facienti, et signa, tabulas, supellectilem, et vestem infinite concupiscenti, non modo ad fructum ille est sumptus, sed etiam ad foenus, exiguus. Et meo tenui vectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Uter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? Qui eget, an qui abundat? Cujus possessio quo est major, eo plus requirit ad se tuendam, an quae suis se viribus sustinet?

Non aestimatione census, verum victu atque cultu terminatur pecuniae modus. Non esse cupidum, pecunia est; non esse emacem, vectigal est: contentum vero suis rebus esse, maximae sunt certissimaeque divitiae.
(*Ex Cic.*)

Il maggior numero di testimonii che dalle leggi richieggasi, sono sette: e questi bastano ne' testamenti ad autenticare le disposizioni di un uomo, quantunque morto, presso chi neppur mai lo vide. Come però non basteranno tutte le nazioni del mondo a rendere credibile l'esistenza di un Dio vivente? Eccetto pochi, in cui la natura è troppo depravata, tutto quanto il genere umano riconosce Iddio come autore di questo mondo, dice Agostino ». Se girerete il mondo peregrinando, almen su le carte, troverete popoli fra loro tanto diversi d'inclinazioni, che appena due vi saranno che si conformino nel modo di governarsi. Eppure in tale contrarietà di statuti voi non vedrete, non dirò regno, ma città, ma casale, che tolga unitamente qualunque divinità. Anzi non ha parte alcuna ove non incontrisi e tempio, e vittime, e voti, e ministri ordinati al culto divino: tanto che vi sarà più facile abbattervi in un paese, ove manchi il sole, che ove manchi ogni rito di religione. Più presto avrai da vedere una città senza sole, che senza un Dio, ed una religione, dicea Plutarco ». Che se pure negli ultimi confini del mondo trovinsi mai persone così bestiali che vivano senza leggi, non però quivi si troverà chi fra sè non vergognisi del mal fare, o non se ne vergogni al cospetto altrui: e molto meno si troverà chi non sentasi ad ora ad ora agitare dagli stimoli interni della coscienza rampognatrice, sicchè operando contra il dettame di essa non s'accorga tosto di offendere con quell'atto un Signor sovrano, di cui riconosce, quale ambasciata, la voce della sinderesi. Come può essere dunque, che questo consentimento sì universale di tutti i popoli non vaglia presso di voi per un testimonio maggiore di ogni eccezione? Quello che sembra verisimile a tutti, dice Aristotile, non può stare che non sia vero. Mai non annottasi in tutto il mondo ad un'ora, ma solamente in alcuna parte di esso.

E la menzogna non può offuscar tutto insieme il genere umano, sicchè sia tutto o ingannatore, o ingannato.

(*Paulus Segnerus in Incredulo non excusabili*)

IN CULTU AGRORUM VERAM ESSE FELICITATEM

O beato colui, che in pace vive
Dei lieti campi suoi proprio cultore;
A cui, stando lontan dall'altre genti,
La giustissima terra il cibo apporta
E sicuro il suo ben si gode in seno!
Se ricca compagnia non hai d' intorno
Di gemme e d' ostro: nè le case ornate
Di legni peregrin, di statue e d' oro;
Nè le muraglie tue coperte e tinte
Di pregiati color, di veste aurate,
Opre chiare e sottil di Perso e d' Indo;
Se il letto genïal di regie spoglie
E di sì bel lavor non aggia il fregio
Da far tutta arrestar la gente ignara;
Se non spegni la sete e toi la fame
Con vasi antichi, in cui dubbioso sembri
Fra bellezza e valor chi vada innante;
Se le soglie non hai dentro e di fuore
Di chi parte e chi vien calcate e cinte,
Nè mille vani onor ti scorgi intorno:
Sicuro almen nel poverello albergo
Che di legni vicin del natio bosco
E di semplici pietre ivi entro accolte
T' hai di tua propria man fondato e strutto,
Con la famiglia pia t' adagi e dormi;
Tu non temi d' altrui forza nè inganni,
Se non del lupo, e la tua guardia è il cane,
Il cui fedel amor non cede a prezzo.
Qualor ti svegli all' apparir dell' alba
Non truovi fuor chi le novelle apporte
Di mille ai tuoi desir contrarii affetti.
Nè camminando, o stando, a te conviene

All'altrui satisfar più che al tuo core.
Or sopra il verde prato, or sotto il bosco,
Or nell'erboso colle, or lungo il rio,
Or lento, or ratto a tuo diporto vai.
Or la scure, or l'aratro, or falce, or marra,
Or quinci, or quindi, ov'il bisogno sprona,
Quando è il tempo miglior soletto adopri.
L'offeso vulgo non ti grida intorno
Che derelitte in te dorman le leggi.
Come a null'altra par dolcezza reca
Dall'arbor proprio, e da te stesso inserto
Tra la casta consorte e i cari figli
Quasi in ogni stagion goderne i frutti?
Poi darne al suo vicin: contando d'essi
La natura, il valor, la patria, e il nome,
E del suo coltivar la gloria e l'arte
Giungendo al vero onor più larga lode?
Indi menar talor nel cavo albergo
Del prezïoso vin l'eletto amico,
Divisar dei sapor, mostrando come
L'uno ha grasso il terren, l'altro ebbe pioggia.
E di questo e di quel, di tempo in tempo
Ogni cosa narrar che torni in mente!
Quinci mostrar le pecorelle e i buoi,
Mostrargli il fido can, mostrar le vacche,
E mostrar la ragion che d'anno in anno
Han doppiato più volte i figli e 'l latte?
Poi menarlo ove stan le biade e i grani
In varii monticei posti in disparte.
E la sposa fedel, ch'anco ella vuole
Mostrar ch'indarno mai non passa il tempo,
Lietamente a veder d'intorno il mena
La lana, il lin, le sue galline e l'uova,
Che di donnesco oprar son frutti e lode?
E di poi ritrovar montando in alto
La mensa inculta di vivande piena,
Semplici e vaghe, le cipolle e l'erbe
Del suo fresco giardin, l'agnel ch'il giorno

Avea tratto il pastor di bocca al lupo,
Che mangiato gli avea la testa e il fianco?
Ivi senza temer cicuta e tosco
Di chi cerchi il tuo regno, o 'l tuo tesoro
Cacciar la fame; senza affanno e cura
D'altro che di dormir la notte intera,
E trovarsi al lavor nel nuovo Sole?
(*Aloysius Alamanni de cultu agrorum lib. I.*)

CAPUT XX.

DE STYLO SUBLIMI.

Quid est Stylus sublimis?

R. Stylus sublimis, in quo vis maxima orationis, ille est, qui vehementibus animi motibus excitatus sententiis magnificis, splendidisque verbis ita constat, ut sua nobilitate auditores rapiat quodammodo extra se, et admirationem etiam ab invitis extorqueat. » Hic est, inquit Tullius, cujus ornatum dicendi et copiam admiratae gentes, eloquentiam in civitatibus plurimum valere passae sunt: sed hanc eloquentiam, quae cursu magno sonituque ferretur, quam susciperent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent. Hujus eloquentiae est, tractare animos, hujus omni modo permovere. Haec modo perfringit, modo irrepit in sensus; inserit novas opiniones, evellit insitas. » Hunc locum integrum referendum putavi ut uno tempore, pueri, et styli sublimis indolem intelligant, et primioribus labiis delibent.

Quibus rebus stylus sublimis a tenui, et temperato differt?

R. Stylo simplici, vel sublimi praecipue ratio narrandi probandique consistet, ait Fabius, qui etiam

detractis caeteris virtutibus, satis suo genere idest propria ingenuitate pollet. Medius stylus et translationibus crebrior, et figuris erit jucundior (ut Fabii verba hic usurpem) egressionibus amoenus, compositione aptus, sententiis dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidam, et virentibus utrinque sylvis inumbratus. At sublimis is erit qui saxa devolvat, *et pontem indignetur*, et ripas sibi faciat, multus et torrens judicem vel nitentem contra feret, cogetque ire qua rapit. Hoc orator defunctos excitabit, patriam, deos ipsos in congressum deducet. Hic iram, hic misericordiam inspirabit, et auditorem per omnes affectus versabit.

Quonam pacto conciliari poterit stylus sublimis?

R. Si Longinum audiamus quinque modis conciliari potest: 1. magnificis splendidisque sententiis et imaginibus: 2. vehementi affectuum concitatione: 3. figuris potentioribus, et amplificatione: 4. tropis, verborum magnificentia, et granditate: 5. denique numeris et nobiliore orationis textura et ambitu. Sed cum de amplificatione, et de numeris satis dictum sit, nihil addendum puto, et tantum reliquas obtinendi styli sublimis rationes nunc praeceptis et exemplis declarabo.

§. I.

De Stylo sublimi a sententiarum splendore.

Quomodo sententiis et imaginibus comparari potest stylus sublimis?

R. Si in maxima dicendi contentione cum inflammata atque ardens instat oratio, grandem aliquem sententiam, vel imaginem in medium feremus, quae inopinato audientium animos mentesque percutiat, rapiatque. Exemplis rem declarabimus.

Affer exempla ex latinis scriptoribus.

R. Cum Mucius Cordus Porsenae Etruscorum regis poenam daturus caedis, in conspectum venisset, et interroganti dixisset:

Romanus sum Civis: C. Mucium vocant: hostis hostem occidere volui: nec ad mortem minus animi est quam fuit ad necem. *Et facere et pati fortia romanum est.*

addidit: qua sententia mira sublimitate sermonem extulit. Ita apud eumdem Livium cum Hannibal pacem peteret:

Vestri patres non nihil etiam ob hoc quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem. *Hannibal peto pacem.*

qua inopina imagine mirifice sublimatur oratio. Ad nomen enim Hannibalis et Trasimenum, *et Cannas* in memoriam revocas, petentisque nomine obstupescis. Ita cum Poeni visis alpibus inhorrescerent Hannibal dicens:

Quid aliud esse crederent quam montium altitudines? Fingerent altiores Pireneis jugis: nullas profecto terras coelum contingere, et inexpugnabiles humano generi esse.

sublimem orationem effecit. Et Cicero in Philippica XIV.

Vos vero patriae natos judico, quorum etiam nomen a Marte est: ut idem Deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur. In fuga foeda mors est: in victoria gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. Illi igitur impii, quos cecidistis, etiam apud inferos poenas parricidii luent, vos vero, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti. Brevis a

natura nobis vita data est: at memoria bene redditae vitae sempiterna.

Quanta a sententiis sublimitas hoc loco eniteat, nemo non facile intelliget.

Affer exempla a Poetis deprompta.

R. Ita a sententiarum splendore se effert Horatius, et ferit sublimi sidera vertice, ut verbis suis utar in ode 3. libri primi.

Audax omnia perpeti
  Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Iapeti genus
  Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem aetheria domo
  Subductum, macies, et nova febrium
Terris incubuit cohors:
  Semotique prius tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.
  Expertus vacuum Daedalus aëra
Pennis non homini datis.
  Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est:
  Coelum ipsum petimus stultitia, neque
Per nostrum patimur scelus
  Iracunda Iovem ponere fulmina.

Et in prima libri 2.

Et cuncta terrarum subacta
  Praeter ferocem animum Catonis.

Et Virgilius imagine Neptuni percurrentis aequora tumida levi curru sublimitatem styli attingit Aeneid. lib. 1.

Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat,
Collectasque fugat nubes, solemque reducit.
. . . .
Atque rotis summas levibus perlabitur undas.

Et in 4. libro Aeneid. pari ratione sublimis est his versibus;

Fama, malum, quo non aliud velocius ullum;
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.
Parva metu primo; mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.

Cedo exempla italica.

R. Ita Cornelius Tacitus sub finem vitae Julii Agricolae sublimem effecit orationem sententiis, ut videre est in versione. Bernardi Davanzati, quam hic honoris causa refero.

Visse quanto alla gloria (benchè toltoci nel buono dell'età) tempo lunghissimo, perchè ebbe il colmo dei veri beni, che consistono nella virtù, oltre alli onori del consolato e del trionfo. E che gli poteva far più la fortuna? Soverchie ricchezze non curava: *orrevoli*, le aveva: e può dirsi beato, perchè ha potuto lasciare la figliuola e la moglie vive, la dignità non intaccata, la fama fiorita, i parenti e gli amici salvati.

Et Paulus Segnerus in Concione V. imaginibus sublimioribus in medium adductis orationem ad extremam sublimitatis metam perduxit.

E fino a quando ardirassi più di abusare tanta pietà, quanta Dio fin qui si è degnato di dimostrarci? Ha egli fin' or taciuto, non altrimente che se stato fosse insensibile ad ogni oltraggio. Ma che? Per questo non sappiamo noi bene, che la pazienza lungamente irritata divien furore? Su date fiato alle vostre trombe, voi Angeli destinati per banditori del giorno orrendo, e dimostrate a' protervi se io dica il vero. Oscuratevi, o Cieli, e lor negate spaventosi ogni luce, fuor che di folgori: piovete, ò fiamme, e loro incenerite voraci le possessioni: apriti, o terra, e loro ingoja famelica gli edifizj; scorrete o fiere, e uscendo incontro a que' miseri, che sbigottiti, dalle città se ne corrono alle ca-

verne per quivi ascondersi, sbranate, lacerate, uccidete; non fia chi vantisi di campar fortunato dal vostro sdegno.

Sententiae gratia sublimitatem orationis assecutus est Petrarca his versibus:

Chi vuol veder quantunque può Natura
E 'l ciel tra noi, venga a mirar costei,
Ch' è sola un Sol, non pur agli occhi miei,
Ma al mondo cieco, che virtù non cura.
E venga tosto, perchè morte fura
Prima i migliori, e lascia star i rei:
Questa, aspettata al regno degli dei,
Cosa bella e mortal passa e non dura.

Ab imaginibus stylum sublimem obtinuit Areostus hisce carminibus:

Qual mensa trionfante e sontuosa
Di qual si voglia successor di Nino,
O qual mai tanto celebre e famosa
Di Cleopatra al vincitor Latino,
Potria a questa esser par, che l' amorosa
Fata avea posta innanzi al Paladino?
Tal non cred' io che s' apparecchi dove
Ministra Ganimede al sommo Giove.

Sed nunc ad illud sublimis styli genus progrediamur quod ab affectibus ortum habet, et omnium potentissimum esse dixerim.

§. II.

De Stylo sublimi ab affectuum commotione.

Quid afferunt affectus sublimitati?

R. Saepe cum animus vehementioribus affectibus exagitatur ad sublimia tendit, figurisque, et vi elocutionis ad illam sublimitatem viam sibi sternit. Sty-

lus qui sese effert hisce animi motibus ante alios omnes efficax est, et ad movendum valet, in quo oratoris victoria et triumphus consistit: quod exemplis lucidius patebit.

Evandrus viso exangui corpore Pallantis filii, postquam diu obticuisset, tandem his questibus dolorem animi acerbissimum exprimit. Videre est, quantum sublimitatis ex ipsa doloris vi oratio capiat.

Non haec, o Palla, dederas promissa parenti
Cautius ut saevo velles te credere Marti!
Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis
Et praedulce decus primo certamine posset.
Primitiae juvenis miserae! bellique propinqui
Dura rudimenta! et nulli exaudita Deorum
Vota precesque meae! tuque, o sanctissima conjux,
Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem!
Contra ego vivendo vici mea fata, superstes
Restarem ut genitor. Troum socia arma sequutum
Obruerent Rutuli telis! animam ipse dedissem,
Atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret!
Nec vos arguerim, Teucri, nec foedera, nec, quas
Iunximus hospitio, dextras; sors ista senectae
Debita erat nostrae. Quod si immatura manebat
Mors natum, caesis Volscorum millibus ante
Ducentem in Latium Teucros cecidisse juvabit.
Quin ego non alio digner te funere, Palla,
Quam pius Aeneas, et quam magni Phryges, et quam
Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.
Magna trophaea ferunt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par aetas, et idem si robur ab annis,
Turne. Sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, et haec memores regi mandata referte.
Quod vitam moror invisam, Pallante perempto,
Dextera causa tua est, Turnum guatoque patrique
Quam debere vides. Meritis vacat hic tibi solus

Fortunaeque locus. Non vitae gaudia quaero:
Nec fas: sed gnato Manes perferre sub imos.

Et hic Ciceronis locus, quo mortem Oratoris Crassi deffet, totus sublimis ab affectibus est:

O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, et inanes nostras contentiones! Quae in medio spatio saepe franguntur et corruunt, et ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt! Nam, quandiu Crassi fuit ambitionis labore vita districta, tamdiu privatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut reipublicae dignitate. Qui autem et annus primus ab honorum perfunctione aditum, omnium concessu, ad summam auctoritatem dabat, is ejus omnem spem, atque omnia vitae consilia morte pervertit.

Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriae, grave bonis omnibus: sed ii tamen rempublicam casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a Diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem invidia senatum, non sceleris nefarii principes civitatis reos, non luctum filiae, non exilium generi, non acerbissimam C. Marii fugam, non illam post reditum ejus caedem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria praestitisset.

Ego vero te, Crasse, cum vitae flore, tum mortis opportunitate, divino consilio et ortum et extinctum esse arbitror: nam tibi aut pro virtute animi constantiaque tua civilis ferri subeunda fuit crudelitas; aut, si qua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eadem esse te funerum patriae spectatorem coegisset: neque solum tibi improborum dominatus, sed etiam, propter admixtam civium caedem, bonorum victoria moerori fuisset.

Etiam Livius ab affectibus stylum sublimavit in ora-

tione Pacuvii ut Perollam filium ab Annibalis caede deterreret:

Per ego te, fili, quaecumque jura liberos jungunt parentibus, precor quaesoque, ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis. Paucae horae sunt, intra quas jurantes per quicquid Deorum est, dextrae dextras jungentes, fidem obstrinximus, ut sacratas fide manus, digressi ab colloquio, extemplo in eum armaremus? Surgis ab hospitali mensa, ad quam tertius Campanorum adhibitus ab Annibale es, ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine? Annibalem pater filio meo potui placare, filium Annibali non possum? Sed sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas: audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere afferunt. Unus aggressurus es Annibalem? Quid illa turba tot liberorum servorumque? Quid in unum intenti omnium oculi? Quid tot dextrae? torpescentne in amentia illa? Vultum ipsius Annibalis, quem armati exercitus sustinere nequeunt, quem horret populus Romanus, tu sustinebis? Et, alia auxilia desint, me ipsum ferire, corpus meum opponentem pro corpore Annibalis sustinebis? Atqui per meum pectus petendus ille tibi, transfigendusque est. Deterreri hic sine te potius, quam illic vinci. Valeant preces apud te meae, sicut pro te hodie valuerunt.

Paulus Segnerus in Peroratione concionis 28: sublimi stylo ab affectibus utitur, in qua de ingrato peccatorum animo in Deum loquitur:

Già di voi molti cominciano per l'età ad aver macero il volto, e nevoso il crine. Potete voi dir però di avere in tanti anni ricevuto da lui niun mal trattamento? Parlate pure liberamente, parlate: che ha egli fatto di dispiacere in tanti anni, che però gli usiate al presente un tal contraccambio? Meritò fors' egli queste vendette da voi allora che pietosamente vi trasse dal sen del nulla per ammettervi a parte di questa terra,

di quest' aria, di questa luce? Meritolle allorchè egli vi fece nascere di liguaggio sì rispettato? Meritolle allora, che destinando egli a tanti altri per suol natio, o selve barbaresche, o isole deserte, o spiagge infedeli, per voi singolarmente volle serbare una Città sì favorita dal Cielo, quale è la vostra? Meritolle quand' egli vi dotò di talenti sì ragguardevoli? o quando vi provvide di cariche sì onorate? o quando vi fornì di ricchezze sì splendide? o quando coronovvi di prole sì numerosa? Quando le meritò, dite un poco, quando le meritò? perchè altrimenti io non so capir come voi possiate aver tauto gusto di strapazzarlo. Potrebbe, io non lo niego, fors' essere che in tanti anni egli vi avesse tal' ora afflitti con qualche infermità, o visitati con qualche tribulazione. Ma se l'ha fatto, siate pur sicuri, ch' ei non l'ha fatto per odio, ch' egli vi porti, l'ha fatto puramente per vostro maggior guadagno o temporale o celeste. *Flagella Domini* (così parlò la savia donna Giuditta) *flagella Domini quibus quasi servi corripimur, ad emendationem, et non ad perditionem nostram evenisse credamus.* E quando dunque un Signore così cortese ha meritate, o peccatori, da voi sì scortesi corrispondenze, che si abbia finalmente a conchiudere con lei, che noi aneliamo a vendette sì portentose? Quand' egli ignudo si lasciò per voi conficcare sopra un patibolo, come un vituperoso: quando lasciossi per voi squarciar dalle spine, stirar dalle funi, scarnificar da' flagelli, forar da' chiodi, allora lo meritò. Non è vero? Se così è, attendete dunque pur lietamente a prendere le vendette di queste offese ch' egli vi ha fatte, ch' io non vi voglio privar di tanto contento, o defraudare di tanta felicità. Andate pure, calpestate quel sangue, che vi ricomperò dall' inferno; ingiuriate quel nome che vi donò la salute: villaneggiate a sazietà quel Signore, divenuto per voi l'obbrobrio degli uomini e lo scherno delle nazioni. Fate pur le vendette di quelle sagratissime carni per voi piagate, di quel capo per

voi trafitto, di quegli occhi per voi chiusi, di quel costato per voi aperto, di quel corpo per voi sbranato. Che se Cristo vi offese nel patir tanto sol per vostra salute, ben ora avete ragione di ricattarvi. Ma se per questo rispetto medesimo il dovreste di gran lunga amar più che per qualunque altro; ah peccatori miei cari, che vuol dir dunque tanto diletto in offenderlo, che vuol dire?

Et Tassus in Armidae questu stylum ab affectuum motu extollit hoc loco:

Ella, mentre il guerrier così le dice,
Non trova loco, torbida, inquïeta:
Già buona pezza in dispettosa fronte
Torva il riguarda: alfin prorompe all'onte.
Nè te Sofia produsse, e non sei nato
Dell'Azzio sangue tu: te l'onda insana
Del mar produsse, e 'l Caucaso gelato,
E le mamme allattar di tigre ircana.
Che dissimulo io più? l'uomo spietato
Pur un segno non diè di mente umana:
Forse cangiò color? forse al mio duolo
Bagnò almen gli occhi, o sparse un sospir solo?
Quali cose tralascio, o quai ridico?
S'offre per mio: mi fugge, e m'abbandona:
Quasi buon vincitor, di reo nemico
Obblia le offese, e i falli aspri perdona.
Odi come consiglia! Odi il pudico
Senocrate, d'amor come ragiona!
O Cielo, o Dei, perchè soffrir quest'empi,
Fulminar poi le torri, e i vostri tempi?

§. III.

De Stylo sublimi a vehementioribus figuris.

Cur figurae sublimem stylum efficere possunt?

R. Stylum sublimem efficiunt figurae, quia propriis luminibus orationem nobilitant et extollunt,

resque etiam communes veluti peregrinas afferunt. In memoriam revocare oportet figuras omnes nil aliud esse quam dicendi formas, etsi mortalibus a natura datas, tamen haud a consuetudine tritas, et ore vulgi inquinatas. His revocatis, facilius est cognoscere quantum hae ad stylum sublimandum conferant. Posset aliquis hoc loco dicere hasce figuras a motibus imaginationis animique ortum ducere, ideoque sublimitatem quam stylo afferunt unam esse cum illa, quae ab affectibus et imaginatione oritur, ut dictum est, quod verum esse non contendemus. At nos doctrinam Rhetoris Graeci sequi maluimus, quam nostrae et Philosophorum opinioni indulgere.

§. IV.

Exempla Styli sublimis a vehementioribus figuris.

Hoc exemplo quod huc subjiciemus liceat nobis uti Ciceronis verbis, qui de Crasso in Brutum, quem oderat, dicente refert — Dum orator Crassus in foro caussam agebat in quemdam M. Brutum qui malis moribus, et delationibus infamia flagrabat, casu Anus Junia efferebatur magna cum funeris et imaginum pompa. Hanc Juniam fuisse amitam hujus Marci Bruti facile patet. Quare orator occasione arrepta, ad Brutum conversus ab illo petit quid patri suo illam velit nunciare; atque omnia hominis probra excutit, et tragicorum more, ut ait Tullius lib. 2. de Oratore cap. 55. in eumdem Brutum acerrime invehit = *conjectis oculis, gestu omni imminenti, summa gravitate et celeritate verborum* =

Brute quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci

vides? quid majoribus tuis? quid L. Bruto, qui hunc populum dominatu regio liberavit? Quid te facere? cui rei, cui gloriae, cui virtuti studere? Patrimonione augendo? at id non est nobilitatis. Sed fac esse: nihil superest; libidines totum dissipaverunt. An juri civili? est paternum. Sed dicet, te, cum aedes venderes, ne in rutis quidem et coesis solium tibi paternum recepisse. An rei militari? qui numquam castra videris. An eloquentiae? quae nulla est in te; et quidquid est vocis, et linguae in istum turpissimum calumniae quaestum contulisti. Tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in urbe, tu in civium esse conspectu? tu illam mortuam, tu imagines ipsas non perhorrescis? quibus non modo imitandis, sed ne collocandis quidem tibi ullum locum reliquisti.

Nonne haec tragica atque divina? Sed particulam etiam Tullianae subjiciamus orationis nimirum ab se huic generi attributae. Ita ille pro C. Rabirio perduellionis reo.

Quamobrem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est? Tune qui civibus Romanis in unione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere: qui in campo Martio, comitiis centuriatis, auspicato in loco, crucem ad civium supplicium defigi, et constitui jubes? An ego, qui funestari concionem contagione carnifices veto? Qui expiandum forum Populi Romani ab illis nefarii sceleris vestigiis esse dico? qui castam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum jus libertatis defendo servari oportere? Popularis vero tribunus plebis, custos defensorque juris et libertatis. Porcia lex virgas ab omnium civium R. corpore amovit; hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium R. injussu vestro judicaretur; hic popularis a duumviris,

injussu vestro, non judicari de cive R., sed indicta causa civem R. capitis condemnari coegit.

Tu mihi etiam legis Porciae, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cujusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui non modo suppliciis inusitatis, sed etiam verborum inaudita crudelitate, violare libertatem hujus populi, tentare mansuetudinem, commutare disciplinam conatus es? Nam haec tua, quae te hominem clementem, popularemque delectant -- *I lictor: colliga manus:* -- quae non modo hujus libertatis, mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numae Pompilii, sed Tarquinii superbissimi atque crudelissimi regis, ista sunt cruciatus carmina, quae tu, homo lenis, ac popularis, libentissime commemoras. *Caput obnubito -- Arbori infelici suspendito.* Quae verba, Quirites, jampridem in hac Republica non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressa sunt.

DETESTATIO BELLI CIVILIS

Quis furor, o cives? quae tanta licentia ferri,
Gentibus invisis Latium praebere cruorem?
Cumque superba foret Babylon spolianda trophaeis
Ausoniis, umbraque erraret Crassus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?
Heu! quantum potuit terrae pelagique parari
Hoc, quem civiles hauserunt sanguine dextrae!
Sub juga jam Seres, jam barbarus isset Araxes,
Et gens si qua jacet nascenti conscia Nilo.
Tunc, si tantus amor belli tibi, Roma, nefandi,
Totum sub Latias leges cum miseris orbem,
In te verte manus: nondum tibi defuit hostis.
At nunc semirutis pendent quod moenia tectis
Urbibus Italiae, lapsisque ingentia muris
Saxa jacent; nulloque domus custode tenetur,
Rarus, et antiquis habitator in urbibus errat:
Horrida quod dumis, multosque inarata per annos
Hesperia est, desuntque manus poscentibus arvis;

Non tu, Pyrrhe ferox, non tantis cladibus auctor
Poenus erit: nulli penitus discindere ferro
Contigit: alta sedent civilis vulnera dextrae.

Ex Lucani Pharsalia -- lib. I.

Et Paulus Segnerus in Concione 28.

Che se pur finalmente alcuni di voi, non commossi da quanto ho detto, vogliono ancora per lor giocondo trastullo seguitare ad offendere il loro Dio finchè mai potranno: deh almeno, genuflesso io vi supplico di una grazia, la quale mi avete per ogni modo a concedere in guiderdone di quei non pochi sudori, che io per voi spargo, e di quegli ancora maggiori, ch' io spargerei; ed è, che almen per offenderlo andiate in luogo, dove la vista de' benefizj divini non vi rimproveri l'ingratitudine vostra. Ma dove andrete però? nelle ville, che Dio per voi tien fornite di tanti frutti? Ne' giardini, che Dio per voi tien *vestiti di tanti* fiori? Ne' monti, che per voi Dio tien gravidi di tante acque? Ne' campi che Dio per voi tien fecondi *di* tante biade? Nelle selve, che Dio tien per voi popolate di tante selvaggine? Ne' mari, che Dio tien per voi provveduti di tante pesche? Dove n' andrete, che non vediate o quel sole, che per voi splende sì luminoso, o quei cieli, che per voi girano sì indefessi? Nelle tenebre stesse v'è pur quell'aria, che per beneficio divino voi respirate. E questa sola basterà a condannarvi quando pecchiate disleali, e disconoscenti. Andate dove volete. *Misericordia Domini plena est terra:* che è quanto dire: non ci è in tutto il mondo un luogo a peccare con giubilo; se pur non siete giunti a sì alta inumanità, che collochiate il diletto vostro in offendere da per tutto chi pone il suo da per tutto in beneficarvi.

Et Dantes in carmine 6. Purgatorii inducit Sordellum ita loquentem.

Ahi serva Italia, di dolore ostello,
Nave senza nocchiero in gran tempesta,
Non donna di provincie, ma bordello!

Quell'anima gentil fu così presta,
    Sol per lo dolce suon della sua terra,
    Di fare al cittadin suo quivi festa.
Ed ora in te non stanno senza guerra
    Li vivi tuoi, e l'un l'altro si rode
    Di que' ch'un muro ed una fossa serra.
Cerca, misera, intorno dalle prode
    Le tue marine, e poi ti guarda in seno,
    S'alcuna parte in te di pace gode.
Che val perchè ti racconciasse il freno
    Giustiniano, se la sella è vota?
    Senz'esso fora la vergogna meno.
Ahi gente, che dovresti esser divota,
    E lasciar seder Cesare in la sella,
    Se bene intendi ciò che Dio ti nota!
Guarda com'esta fiera è fatta fella,
    Per non esser corretta dagli sproni
    Poi che ponesti mano alla predella.
O Alberto Tedesco, ch'abbandoni
    Costei ch'è fatta indomita e selvaggia,
    E dovresti inforcar li suoi arcioni;
Giusto giudicio dalle stelle caggia
    Sovra il tuo sangue, e sia nuovo ed aperto,
    Tal che il tuo successor temenza n'aggia:
Ch'avete tu e il tuo padre sofferto,
    Per cupidigia di costà distretti,
    Che 'l giardin dell'imperio sia deserto.
Vieni a veder Montecchi e Cappelletti,
    Monaldi e Fillippeschi, uom senza cura,
    Color già tristi, e costor con sospetti.
Vien, crudel, vieni e vedi la pressura
    De' tuoi gentili, e cura lor magagne,
    E vedrai Santafior com'è sicura.
Vieni a veder la tua Roma che piagne,
    Vedova sola, e dì e notte chiama;
    Cesare mio, perchè non m'accompagne?
Vieni a veder la gente quanto s'ama:
    E se nulla di noi pietà ti muove,
    A vergognar ti vien della tua fama.

E, se licito m' è, o sommo Giove,
Che fost' in terra per noi crocifisso
Son li giusti occhi tuoi rivolti altrove?
O è preparazion, che nell' abisso
Del tuo consiglio fai per alcun bene
In tutto dall' accorger nostro scisso?
Chè le terre d'Italia tutte piene
Son di tiranni, ed un Marcel diventa
Ogni villan che parteggiando viene.

Petrarca denique in celeberrima illa Cantione ad Italiam ita principes Italiae vehementioribus figuris sublimique stylo alloquitur.

Voi cui fortuna ha posto in mano il freno
Delle belle contrade
Di che nulla pietà par che vi stringa,
Che fan qui tante pellegrine spade?
Perchè il verde terreno
Del barbarico sangue si dipinga?
Vano error vi lusinga;
Poco vedete e parvi veder molto;
Che 'n cor venale amor cercate o fede.
Qual più gente possede,
Colui è più da' suoi nemici avvolto.
O diluvio raccolto
Di che deserti strani
Per innondar i nostri dolci campi!
Se dalle proprie mani
Questo n' avvien, or chi fia che ne scampi?

Possuntne figurae stylo sublimi obesse?

R. Possunt vel si nimis cumulatae, vel si longius productae, vel si vi et arte arcessitae. Nam saepe gravi figurae, quae laudanda est, propinqua est ea, quae fugienda est, quae recte videbitur appellari, si superflua nominabitur. In hoc etiam *obstat quidquid non adjuvat.* Etiam si longius vehementiores

figurae producantur, oratio vanescit: quo enim vehementiores sunt affectus, ita breviores. Denique si figurae haud sponte et natura ipsa ducente in orationem veniant, inani fuco sermonem pingunt, et dum vanitatem styli demonstrant, orationem ipsam extenuant et imminuunt.

§. V.

De styli sublimitate per tropos illustriaque verba.

Quomodo Tropi afferre possunt stylo sublimitatem?

R. Si nunc memineritis quid commodi orationi afferant Tropi, de quibus antea locuti sumus, facillimum intellectu erit quantum in se habeant utilitatis et virium ad sublimitatem afferendam orationi. Metaphorae praesertim ex rebus illustribus desumptae mirum in modum faciunt ad styli granditatem, atque magnificentiam.

Afferas exempla velim.

R. Virgilius uno verbo orationem magnificat in 4. Georgicorum libro dicens,

> .... Caesar dum magnus ad altum
> Fulminat Euphratem bello........

hoc uno *fulminat* tanta sublimitate stylum exornat, ut pene ante oculos habeas non Augustum Caesarem, sed Iovem ipsum. Ita Cicero uno et altero verbo extollit stylum dicens:

Hoc ipsum in quo exultat et triumphat oratio mea.

Et alio loco:

Parietes hujus curiae tibi gratias agere gestiunt.

Et Dantes ut diceret Latonam in Delo deposuisse

Apollinem et Dianam, metaphora adhibita, nobilitatem magnificentiamque elocutionis assecutus est.

Certo non si scotea sì forte Delo,
Pria che Latona in lei facesse *il nido*
A partorir li *due occhi del cielo.*

Et in carmine XI Purgatorii, in quo mirifice exponit illud dominicae Orationis: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:*

Come del suo voler gli angeli tuoi
Fan sacrificio a te, cantando osanna
Così facciano gli uomini de'suoi.
Dà oggi a noi la quotidiana *manna*
Senza la quale in questo aspro diserto
A retro va chi più di gir si affanna.

In qua una voce quantum rerum quantumque ponderis sit, non exponam; nemo enim est, qui non sentiat. Et ut Virgilium significaret.

Or se' tu quel Virgilio, e quella *fonte*
Che spande di parlar sì *largo fiume?*

Et alibi:

Ed io rivolto *al mar di tutto il senno.*

Aliaque sexcenta in hoc Poeta maximo invenias. Videre est operae pretium quomodo Paulus Segnerus orationem amplificet sublimemque reddat una sublimi voce *(Dio)* apte usurpata, in concione X. Postquam enim in gloriam Paradisi duxit animam electam, visuram coelorum magnificentiam; ita prosequitur.

Chi mi avvalora il pensiero, chi mi purga la lingua sì che io possa in parte spiegarvi quel, che vedrete? Vedrete quello, che pago di sè medesimo è stato un eternità senz' alcun esterno intelletto che il riconoscesse, non però men beato, perchè sì solo, non però men glorioso, perchè sì occulto. Quello vedrete', che è la beatitudine universale di tutte le creature: quello

che a tutti dà l'essere, e da nessuno il riceve; a tutti dà vita, e da nessuno la piglia: a tutti dà forze, e da niuno le riconosce. Quel che nel medesimo tempo è il più lontano da noi, ed è il più vicino. Quello, che non è mai contenuto da verun luogo, e pur dimora per tutto, quello che non è mai trascorso per verun secolo, e pure è stato in ciascuno . . . . . Vedrete in lui le perfezioni tutte, non vedrete in lui l'essere di veruna, e però in lui non vedrete alcun difetto. In lui vedrete candore, ma non tinto di macchia; in lui beltà, ma non soggetta a scolorimento; in lui potenza, ma non ombreggiata da emolo; in lui sapere, ma non dipendente da magistero; in lui bontà, ma non sottoposta a passioni; in lui sostanza, ma non mescolata con accidenti; in lui vita, ma non dominata da morte. Che più? Vedrete DIO (o voi mille volte beati!) Vedrete DIO.

Quid hoc magnificentius sublimiusque inveniri potest? quid eloquentius? Qua suspensione vel apparatu ad illud sanctissimum verbum pervenit, in quo omnis sublimitas continetur! Mens quasi illius lumine ac splendore vocis illustrata se miscet superis, et tantum mirata portentum gaudio gestit et exultat.

§. VI.

De stylo sublimi ab illustriore, et speciosiore orationis ambitu.

Quomodo sublimem stylum efficere possumus illustriore periodorum ambitu?

R. Periodum quadrimembrem dignitatem orationi addere, et si numeri accedant magnificentiam, nemo inficiabitur. Quare si oratio longioribus periodis distributa, gravioribusque sententiis referta erit, et aptioribus numeris exornata, magnificentiam quamdam habebit, styloque sublimitatem afferre poterit.

Sed caveant tyrones, ne periodum longiorem, sonitumque vocum credant, posthabita sententia, ad sublimitatem conducere, nam si sententia desit, erit *vox, vox praetereaque nihil.*

Velim proferas exempla styli sublimis ab ambitu numerisque periodi.

R. Ita Cicero sublimem reddit stylum alto diuturnoque periodi ambitu, aptis numeris exornato in oratione pro Marcello:

Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes: sed tamen ea vicisti, quae et naturam, et conditionem, ut vinci possent, habebant: nulla est enim tanta vis, tantaque copia, quae non ferro ac viribus debilitari frangique possit. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute praestantem, non modo extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem; haec qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum deo judico.

Itaque, C. Caesar, bellicae tuae laudes celebrabuntur illae quidem non solum nostris, sed pene omnium gentium litteris atque linguis: neque ulla unquam aetas de tuis laudibus conticescet. Sed tamen ejusmodi res, nescio quomodo etiam cum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, et tubarum sono. At vero cum aliquid clementer, mansuete, juste, moderate, sapienter factum, in iracundia praesertim, quae est inimica consilio, et in victoria, quae natura insolens et superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incendimur, non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos saepe, quos numquam vidimus, diligamus! Te vero, quem praesentem intuemur, cujus mentem, sensusque et os cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquum reipublicae fuerit, id esse salvum velis, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua benevolentia complectemur? Parietes, medius fidius, C. Cae-

sar, ut mihi videtur, hujus curiae, tibi gratias agere gestiunt, quod brevi tempore futura sit illa auctoritas in his majorum suorum et suis sedibus.

Et Virgilius sublimitatem hanc styli eadem ratione est assecutus Aeneid: lib. I. ubi Jovem Veneri respondentem inducit.

Parce metu, Cytherea: manent immota tuorum
Fata tibi; cernes urbem, et promissa Lavini
Moenia, sublimemque feres ad sidera coeli
Magnanimum Aeneam: neque me sententia vertit.
Hic (tibi fabor enim, quando haec te cura remordet,
Longius et volvens fatorum arcana movebo)
Bellum ingens geret Italia, populosque feroces
Contundet; moresque viris et moenia ponet,
Tertia dum Latio regnantem viderit aetas,
Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Julo
Additur (Ilus erat dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos volvendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
Transferet, et longam multa vi muniet Albam.
Hic jam tercentum totos regnabitur annos
Gente sub hectorea: donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupae fulvo nutricis tegmine lactus
Romulus excipiet gentem, et mavortia condet
Moenia, Romanosque suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi. Quin aspera Juno,
Quae mare nunc, terrasque metu, coelumque fatigat,
Consilia in melius referet, mecumque fovebit
Romanos rerum dominos gentemque togatam.
Sic placitum. Veniet lustris labentibus aetas,
Cum domus Assaraci Phthiam, clarasque Mycenas
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.
Nascetur pulchra Trojanus origine Caesar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,

Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim coelo spoliis Orientis onustum
Accipies secura: vocabitur hic quoque votis:
Aspera tum positis mitescent saecula bellis,
Cana Fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt: dirae ferro et compagibus arctis
Claudentur Belli portae: Furor impius intus,
Saeva sedens super arma, et centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Torquatus Tassus mirabili periodorum textura magnificum efficit stylum in prooemio orationis illius, quam inscripsit = *Risposta di Roma a Plutarco* = ut videre erit ex paucis, quas exempli gratia referemus. Hoc unum dicemus, Tassum in soluta oratione mirifice stylum attollere hac periodorum magnificentia et gravitate.

Io soglio alcuna volta, per la noja delle cose presenti, e per l'insolenza delle nuove, ripensare a quelle degli antichissimi tempi, ed innalzare quasi me stesso colla contemplazione da quell' infimo grado di stima, nel quale mi tiene oppresso o la fortuna comune di questo secolo, o la mia propria avversità: ed in questa guisa considerando, benchè io sia molto dubbioso del mio stato, ho fatta nondimeno certa deliberazione, e conchiuso fra me stesso che se le Repubbliche più celebrate, ed i Regni, e gl' Imperj più gloriosi potessero così insieme contendere della prima lode, come già fra loro gareggiarono della somma potenza, non estimerebbero meno questa nuova gloria colla ragione ricercata, che quell' antica vittoria colle forze acquistata; anzi non altramente i costumi contra i costumi, e l'animosità contra l'animosità, e gli argomenti contra gli argomenti sarebbero ordinati, di quello che già fossero gli uomini agli uomini, e i cavalli a' cavalli, e l' arme all' arme opposte, e collocate nell' ordinanza: tanto sarebbe da ciascuna parte il desiderio di sovrastare, e tanta da tutti i lati

la cupidità di trionfare! E niun campo, per mio avviso, si potrebbe paragonar con questo. Non quel di Tebe, dove fu negata a'morti la sepoltura; non quel di Troja ove fu venduta con egual crudeltà, non con avarizia, senza dubbio, più imitata. Non le solitudini degli Sciti, nelle quali la pietà constrinse la barbara nazione a difendere i sepolcri de' maggiori; non le campagne, in cui Ciro saziò col sangue la rabbia di Tomiri; non l'altre famose per la vittoria, e per la morte di un altro Ciro; non Termopile, non Maratona, non Leutra; non Mantinea, non Granico o la terra ch'egli divide: non il giogo del Tauro, non il monte Caucaso, non le arene malpassate da Cambise; non Isso, non altro testimonio del valor d'Alessandro; non Allia, non Trebbia, non Trasimeno, non Canne, non il paese di Cartagine, che si tinse del sangue Africano, quando Annibale fu vinto da Scipione, e la moltitudine discorde di varj popoli dalla virtù Romana fu superata; non i campi Filippici, o Farsalici; non l'Africa medesima, per cui un altra volta dell'impero del mondo fu combattuto, ed il nome fatale di Scipione cedette, come le altre cose, alla fortuna di Cesare vittorioso.

E qual sarebbe questo campo? ed in qual parte della terra si troverebbe? Quello (se io non sono errato) che da Platone è chiamato il campo della verità, il quale è piuttosto celeste, che terreno, ed anzi divino, che umano dovrebbe essere riputato: in questo non sarebbero giudici il caso e la fortuna, che spesse volte danno la sentenza in favore della parte peggiore, ma chi suole delle cose contrarie più dirittamente giudicare.

Et Tassus idem in primo libro septem dierum mundi, poema equidem legendum bisque quaterque, quod (non sine pudore fateor) Itali vel sunt obliti, vel parum legunt.

Padre del Cielo, e tu del Padre Eterno
Eterno Figlio, e non creata prole

Dell' immutabil mente unico parto:
Divina immago, al tuo divino esempio
Egual; e lume pur di lume ardente:
E tu che d' ambo spiri, e d' ambo splendi
O di gemina luce acceso Spirto,
Che se' pur sacro lume, e sacra fiamma,
Quasi lucido rivo in chiaro fonte,
E vera immago ancor di vera immago,
In cui sè stesso 'l primo esempio agguaglia,
(Se dir conviensi) e triplicato Sole,
Che l' alme accendi e i puri ingegni illustri:
Santo don, santo messo, e santo nodo,
Che tre sante persone in un congiungi:
Dio non solingo, in cui s' aduna 'l tutto,
Che 'n varie parti poi si scema e sparge,
Termine d' infinito alto consiglio
E dell' ordine suo: divino Amore,
Tu dal Padre, e dal Figlio in me discendi,
E nel mio core alberga: e quinci, e quindi
Porta le grazie, e inspira i sensi, e i carmi,
Perchè io canti quel primo, alto lavoro,
Ch' è da voi fatto, e fuor di voi risplende
Maraviglioso, e 'l magistero adorno
Di questo allor da voi creato mondo
In sei giorni distinto.

Quid illustrius vel magnificentius hoc carmine? Legimus nugas canoras, haec autem divina carmina praetermittemus?

§. VII.

Num aliunde stylus sublimis efficiatur.

Num aliis ex fontibus sublimitas styli oriri potest?

R. Ex aliis fontibus haurire possumus styli sublimitatem, quos Longinus praetermisit, sed magni momenti sunt. Silentio enim sublimitas oritur, et simplici gravissimae rei enuntiatione. Haec duo nescio

quid mirifici orationi afferunt. Quid enim in omni re poetica sublimius loco illo Homeri in Odysseae libro XI. quum Ulysses in Inferis longa oratione animum Ajacis studet sibi conciliare, et ille memor judicii Achivorum spretaeque virtutis suae torvos tenens oculos, gressusque nullo responso dato avertit?

Huc age, jam nostras audi, rex inclyte, voces
O propior, validosque domans in pectore metus
Comprime. Sic fanti contra nihil ille: sed atri
Turbidus horrentes Erebi discessit ad umbras.

Quem locum pari felicitate et splendore Virgilius imitatus est in lib. 4. Aeneid.: ubi Dido ab Aenea in Elysiis exorata nullum facit responsum, et indignata alio se proripit:

Talibus Aeneas ardentem et torva tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymasque ciebat.
Illa solo fixos oculos aversa tenebat:
Nec magis incoepto vultum sermone movetur,
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem corripuit sese atque inimica refugit
In nemus umbriferum.

Et Horatius hac arte in sublime se extollit in Ode 7. Epodi ad Romanos:

Furor ne coecus, an rapit vis acrior?
An culpa? Responsum date.
Tacent, et ora pallor albus inficit,
Mentesque perculsae stupent.

Et Dantes quoque silentio orationem sublimem effecit.

Non ragionar di lor, ma guarda e passa.

Simplici etiam cujusquam magnae rei enunciatione, nulla arte adhibita, exoritur sublimitas, ut in illo Genesis:

Fiat lux, et facta est lux.

Nam his paucis vocibus portentum quodnam mirificum inest: quo enim tempore omnipotens rerum omnium creator Deus, lucem esse jubet, et lux adest: ita ut non solum nullo temporis spatio intermisso, sed uno horae momento, et Deum jussisse lucem esse, et lucem fuisse mente concipias. Quo in loco vel infinita creandi potentia in illo, vel obediendi celeritas in hac plane patet. Adde ex hac ipsa simplicitate perspectum esse nullo labore, nullo tempore, nullo studio rerum omnium parentem quaecumque in sua voluntate sint, repente producere, et ab actu voluntatis ejus omnia creata vel creanda pendere. Quanta rerum magnitudo, quantum sententiarum pondus brevibus simplicibusque verbis continetur!

Quaenam sunt styli sublimis potiora capita?

R. Non dubitem affirmare tria esse potiora capita, nempe sententiam, motus animi, et imagines: caetera quoque utilia sed rariora.

Quaerenti stylum sublimem quid officit?

R. Tumor: sublimitati enim propinquum esse tumorem et fucum, quae maxime fugienda sunt, nemo non videt. Nam ut corporis bonam valetudinem tumor, et fucus saepe imitantur; ita gravis oratio imperitis videtur ea, quae turget, et inflata est, fucoque oblita: unde oritur stylus ille, qui verbis et sententiis supra modum intumescit, et ut cum Horatio dicam

Projicit ampullas, et sesquipedalia verba.

et ille qui fuco ementitum colorem simulat. In haec genera qui declinant specie gravitatis, vanoque artis lenocinio falluntur, et ut ipse Horatius dixit: = *Nubes et inania captant* = Claudianus

ut magnificentius exordium faceret Poemati suo de *Raptu Proserpinae*, professus grandia hoc modo turget.

> Inferni raptoris equos, afflataque curru
> Sidera Taenario, caligantesque profundae
> Iunonis thalamos audaci promere cantu
> Mens congesta jubet.

Plerique interdum minimis etiam inventiunculis gaudent, quae excussae risum habent, inventae facie ingenii blandiuntur, quod videre licebit ex Hispani cujusdam distico pro funere Caroli V. Imperatoris.

> Pro tumulo ponas orbem, pro tegmine coelum,
> Sidera pro facibus, pro lacrimis maria.

Vitiosum est, ait Fabius, et corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lascivit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris si leviter excutiantur flosculis nitet, aut praecipitia pro sublimibus habet. . . . .

CAPUT XXI.

DE ARTE COMPARANDI STYLI SUBLIMIS: DE USU TRIPLICIS STYLI: DENIQUE DE PROLIXITATE ET BREVITATE.

Quonam pacto conciliari poterit stylus sublimis?

R. Duobus potissimum rationibus. 1. Si nobilissima quaeque rei de qua loqueris adjuncta, seu circumstantias consideres, illamque inspicias, qua parte illustrior est atque speciosior, caetera vero sileas, atque dissimules. 2. Styli magnificentiam facile consequeris, si legas assidue auctores eos, qui

grandiloqui, ut ita dicam, fuere, cum ampla sententiarum gravitate, et majestate verborum; cujusmodi sunt Cicero, Catilinaria secunda, Philippica secunda, in Verrem, in Pisonem, pro Milone, praecipue sub finem: Virgilius praesertim Aeneid. lib. 2. 4. et 6. Horatius in Odis gravioris argumenti, Sallustius in Historiis, et Livius praesertim in concionibus. Ex Italis scriptoribus vero magnificentiam et sublimitatem styli invenies in multis Aligherii locis, praecipue in Paradisi Cantico: in gravioribus Petrarcae cantionibus: in Tassi Torquati Solyma liberata: et si de Oratoribus dicas, in Joann. Casae orationibus, in Pauli Segneri concionibus (saepe enim sublimia appetit) et in scripturis solutis Torquati Tassi, quae mirum in modum magniloquentia quadam et gravitate styli multas alias antecellunt.

§. I.

De usu triplicis styli, seu Charactere.

Quandonam utendum est stylo simplici, aut mediocri, aut sublimi?

R. Cum tria sint oratoris officia, docere, delectare, et movere, stylo simplici utetur ad docendum, mediocri ad delectandum, magnifico vero ad movendum, et ad affectus concitandos.

Praeterea stylus simplex seu infimus convenit comoediis: magnificus aptus est tragoediis: mediocris vero in historia est adhibendus: quamquam Caesar simplicem potius quam mediocrem stylum usurpavit; quod nempe Commentarios potius scripserit quam Historiam, ut notat Tullius in libro de claris Oratoribus.

Item Bucolicis, et Eclogis accommodatus est stylus simplex: Georgicis convenit stylus mediocris: Epico vero Poemati, cujusmodi est Maronis Aeneis, aptus est stylus magnificus: quod triplex discrimen in Virgilio licet animadvertere. Quamquam haec omnia genera non raro miscet in ipsa Aeneide, et simplicem stylum adhibet in libro quinto, ubi de ludis agit, et mediocrem in libro primo. Idem plane dicito de Comoediis, quae altius assurgunt aliquando, ut monet Horatius in arte Poetica.

Interdum tamen et vocem comoedia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore.

Quinam stylus caeteris duobus est anteponendus?

R. Stylum illum esse caeteris anteponendum, affirmem, non qui sublimis sit, aut cujuslibet alterius generis; sed qui ad rem de qua agitur, maxime sit aptus, ita ut quemadmodum loquitur Tullius » *magna graviter, mediocria temperate, humilia subtiliter efferat.* »

Velim ab exemplis cognoscere quid inter se hi tres styli differant.

R. Diximus jam stylum simplicem nullis motibus exagitari, et mente quieta res exponere: mediocrem suavibus quibusdam motibus tentari: sublimem vehementioribus affectibus et mentis concitationibus turbari: quibus positis consequens est, ut res exponantur vel tenuiter, vel moderatis figuris, vel vehementioribus. Hoc videre erit ex his tribus Virgilii locis dolorem significantibus. Pastor Corydon in Ecloga 2. fastidia Alexis dolens, et coeco captus amore ita aegritudinem animi ostendit.

...... Inter densas umbrosa cacumina fagos
Assidue veniebat, ibi haec incondita solus

Montibus et silvis studio jactabat inani:
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil nostri miserere: mori me denique coges.

Nuda rerum narratione, nullo schemate, simplicitate ipsa hic locus se commendat. Sed Poeta idem ut aegritudinem animi Orphei conjugem lugentis significaret, temperato usus stylo ita dixit:

Ipse cava solans aegrum testudine amorem,
Te, dulcis conjux, te solo in litore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.

Hoc modo per Apostrophem, Exclamationem, Repetitionem stylum paulatim attollens Orphei moerorem suaviter indicat. Verum cum Didonis dolorem oculis subjicit, fortibus schematibus, altaque elocutionis poeticae vi ita irrumpit.

Quis tibi nunc, Dido, cernenti talia sensus?
Quosque dabas gemitus, cum littora fervere late
Prospiceres arce ex summa, totumque videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus equor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis!
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, et supplex animos submittere amori,
Nequid inexpertum frustra moritura relinquat.
. . . .

Vide quanta figurarum copia hic locus abundet, Apostrophe, Interrogatione, Hypotyposi, Epiphonemate, Repetitione. Vide quantum assurgat oratio, assumptis a passione ipsa viribus, et coloribus. Certe hic superiores, quos monstravimus, locos, magnificentia, et sublimitate longius supereminet.

Quomodo poterit sublimis stylus mediocris fieri, aut simplex?

R. Stylus sublimis mediocris erit si, vehementioribus motibus animi sedatis, temperate discurrat:

mediocris erit simplex si amota omni concitatione animi, placide quieteque fluat. Nil, ita vivam, hoc Livii loco sublimius, in quo Pacuvio patri hortanti ut Annibali parceret, ita Perolla respondet.

O Patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem defendere volebam, hosti minime parcens, quando pater extorquet, accipe.

Mediocris erit si temperato animi motu dixerit:

Ego ferrum quo armatus pro Patria arcem hanc defendere volebam hosti minime parcens, quando pater extorquet, ponam.

Simplex denique esset si nullo animi motu dixisset:

Pater mi, quando tu ferrum extorques, quo armatus patriam defendere volebam, Annibali hosti minime parcens, ego libenter ponam.

Ita si in illo Virgilii:

.... Caesar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello........

dixeris *dimicat Euphratem bello* stylus ex sublimi mediocris aut simplex erit.

Sed ut haec doceamus, ne putent tyrones tres styli gradus posse temere permutari: nam character scriptionis unus est, nec potest in oratione alius fieri. Nos ita rem exposuimus ut discant quomodo stylus expendendus sit, et quomodo sublimitatem invenire possint ex comparatione locorum in scriptis vel Ciceronis, vel Virgilii, ut caeteros mittam.

§. II.

De brevitate et prolixitate Styli.

Ut stylum sublimem obtineas, praestabitne uti brevitate, an potius erit uti prolixitate?

R. Utraque res, si suo loco et tempore cadat,

optime cadet. Nam interdum brevi sententia veluti fulmine percutis, interdum etiam fusiore stylo melius animum mulces. Sunt quae brevitatem styli amant, sunt quae diffusionem quamdam, quam amplificationem vocavimus. Plures sunt eloquentiae facies, ait Fabius; sed stultissimum quaerere ad quam recturus se sit orator, cum omnis species, quae modo recta est, habeat usum. Utetur enim, ut res exiget, omnibus: nec pro causa modo, sed et pro partibus causae.

Quid commodi affert brevitas orationi?

R. Vim quamdam brevitati concedimus, et virtutem styli esse dicemus si recidat omnia, quibus sublatis, nec cognitioni quidquam, nec utilitati detrahatur, et paucis multa dicat; ut Laconibus in more positum fuit, unde etiam stylus *perbrevis et acutus* nomen duxit. Quam laconicam breviloquentiam mirifice expressit Caesar in laureatis suis ad senatum literis, victo Pharnace Ponti rege, Mitridatis filio:

Veni, vidi, vici.

Porro brevitas illa loquendi imperii quiddam habet, ideoque aptissima est minantibus, mirificeque prodest ad animos perterrefaciendos. Nam ut in tenebris magis timentur omnia, quam in luce: sic illae orationis quasi tenebrae terribiliora reddunt ea, quae proponuntur, inquit Muretus in variis lectionibus. Idque ut opinor, sequuti sunt Lacedaemonii, cum ad Philippum, interposita nescio qua offensione, bellum minaciter intentantem ita scripserunt:

Lacedaemonii Philippo: Dionysius Corinthi.

Multo enim fortior, et ut Lucretii verbo utar, penetratior illa brevitas fuit, quam si ita dixissent:

Memento Dionysium Tyrannum tui prorsus similem, regno fuisse pulsum ob ambitionem ac turbulentum ingenium, et nunc privatam vitam agere Corinthi: videto ne tibi quoque contingat idem, dum aliorum libertatem studes opprimere.

Sed hoc cavendum erit, ne nimium corripientes omnia, sequatur obscuritas; ait enim Horatius » *brevis esse laboro, obscurus fio* »: nam obscuritatis vitium brevitatis virtuti proxime accedit: nihilque turpius est, quam, dum volumus virtute laudari, in vitium ruere.

Quid commodi afferre potest Prolixitas?

R. Stylus, qui diffunditur ut auditores melius, faciliusque animis res percipiant laudabilis quidem est, et in certis quibusdam partibus Oratori necessarius, ut in contentione, et refutatione. Interdum enim rerum pondus diffundi (idest amplificatione latius explicari) ut mens arripiat omnia, necesse est: neque omnia statim paucisque verbis auditores intelligere possunt, ac quadam commentatione egent. Sed stylus ille, qui fusiori quodam orationis ambitu circumscribitur, multisque verbis pauca dicit, improbandus est. Hunc multi Asiaticum dixere ab Asiae populis, qui prolixitatem illam habebant in deliciis. Illius exemplum quotidie vides in verbosis illis hominibus, qui tam multis tam pauca dicunt. Hunc porro stylum Asiaticum tu fugies, si sapias. Quid enim tam insulsum est, quam verborum vel optimorum sonitus inanis, nulla subjecta sententia?

CAPUT XXII.

DE STYLO OPTIMO FACILE COMPARANDO

Quo pacto stylus optimus facile comparari poterit?

R. Tribus, si natura faveat, maxime rebus: primo diligenti, et assidua bonorum librorum lectione: secundo prudenti, et haud servili imitatione: tertio recte scribendi exercitatione. Nunc primo de Scriptoribus deligendis pauca dicemus.

§. I.

De Scriptorum lectione.

Quinam sunt legendi Scriptores?

R. Optimi legendi sunt: nihil nisi optimum pueris proponendum puto, quare ex omnibus latinis italicisque scriptoribus illi solum eligendi sunt, qui caeteris nitore, elegantia, aliisque virtutibus antecellunt.

Velim de Latinis delectum habeas.

R. Postquam lingua latina ab incunabulis excessit, illam ingressa est aetatem, quae aurea dicitur. Alia deinde secuta est, quam argenteam dixere; argenteam aenea aetas excepit, quam postea senio viribusque confectam ferrea aetas pene obruit; quod poeta hisce versibus expressit.

Aurea prima sata est aetas . . . . . .
. . . . Subiitque argentea proles
Auro deterior, fulvo pretiosior aere.
Tertia post illam successit ahenea proles
. . . . de duro est ultima ferro.

Quaenam est aurea latinitatis aetas?

R. Auream appello quae cum a Ciceronis tempori-

bus coepisset, idest ab extremis Reipublicae Romanae temporibus ad obitum Augusti pervenit, vel paullo post. Hanc antecessere, vel ut ita dicam, praecinuere Accius Plautus, et Terentius: qui quamquam ante hoc temporis spatium vixerint, tamen inter aureae aetatis scriptores sunt recensendi. Post hos Marcus Tullius Cicero, Cornelius Nepos, Crispus Sallustius, Cajus Caesar, Titus Livius, Vellejus Paterculus floruere: et inter Poetas Lucretius, Catullus, Virgilius, Horatius Flaccus, Phaedrus, Tibullus, Propertius, Ovidius. Alios etiam haec aetas complectitur, quorum nomina praetermitto, brevitatis gratia: non enim adolescentium studia hos juvare posse reor.

Quaenam est argentea latinae linguae aetas?

R. Post obitum Augusti, incorrupta illa, quam dixi, latini sermonis integritas sensim adulterari coepta est, et quasi ex auro in argentum iterum commutari, ut ex Senecae, Fabiique, et aliorum quaerimoniis liquet: in decrescente illa aetate, sunt inter Oratores, et Rhetores M. Fabius Quintilianus, Plinius Junior; inter Historicos Svetonius, Tacitus, Justinus; inter Poetas Lucanus, Persius, Silius Italicus, Juvenalis, Statius, Martialis, M. Annaeus Seneca: inter Philosophos Plinius Veronensis et L. Annaeus Seneca: et inter Grammaticos denique Asconius, A. Gellius et Macrobius.

Quaenam sunt aliae latinae linguae aetates?

R. A temporibus Severi Imperatoris auspicari licet aeneam aetatem, quae tandem in ferream desiit, postquam variarum gentium irruptione ipsi Romani facti sunt barbari: et in hac aetate decrepita sunt Symmachus, Capella, Sidonius Apollinaris, quos **omnes tu vitabis summopere, si sapis.**

Dicas quaeso de Scriptoribus Italicis.

R. Lingua Italica ortum habuit seculo Decimo Tertio, in quo dicemus infantiam ejus sive incunabula extitisse. Hoc declinante Durantes Aligherius (quem linguae gratia Dantem appellarunt) sermonis et poesis nostrae parens et conditor vim atque copiam et splendorem novi Idiomatis mirifice ostendit. Postea ineunte saeculo Decimo Quarto Franciscus Petrarca, vel suavitatem addidit, vel patrium sermonem exquisitis veneribus miraque dulcedine ditavit. Joannes Boccaccius hoc tanto praeceptore dignus deinde extitit: sed fato malo elegantiam, et copiam turpissima saepius obscenitate inquinavit. Pari venustate et elegantia Jacobus Passavantes, Dominicus Cavalca, Guidus Pisanus, et quis fuit qui flosculos vitae sancti Francisci descripsit, floruere. Historiam quoque Dinus Compagnus, Joannes, Matthaeus, et Philippus Villani summa simplicitate et gratia scripsere. Adde Barptholomeum a Sancto Concordio robustioris styli sed rudioris auctorem. Angelus Pandolfinius denique hujus saeculi postremus, nescio quid Tullianum sapit, et multos supereminet.

Saeculo decimo quinto pauci vixere, qui tamen cum scriptoribus insequentis saeculi decimi sexti recensentur. Hos inter excelluere Petrus Bembus, Joannes Casa, Albertus Lollius, Speronius Speroni, Balthassar Castilioneus, Camillus Portius, Petrus Franciscus Giambullarius, Franciscus Serdonatus, Georgius Vasarius, Franciscus Guicciardinius, Benedictus Varchius, Bernardus Davanzatus, Annibal Carus, Torquatus Tassus qui omnes solutae orationis exempla optima praebere possunt. In poetarum numero excelluere Angelus Politianus, Jacobus Sa-

nazarius, Ludovicus Areostus, Aloysius Alamannus, Joannes Oricellarius, et Torquatus Tassus. Saeculo decimo septimo Scriptores maximi non defuere: extitit enim Paulus Segnerus oratorum italicorum facile princeps, Daniel Bartolus, Sfortia Pallavicinus, Arrigus Davila, Franciscus Redius. Ex poetarum numero (hac enim aetate multi poesim contaminarunt) deligemus Gabrielem Chiabreram, quem omnes Pindarum et Anacreontem nostrum esse uno ore consentiunt, Vincentium Filicajam, Franciscum Redium, et Benedictum Menzinium. Hos omnes et legere et imitari adolescentes juvabit. Abstineant tamen ab operibus istorum non castigatis: quod enim moribus obesse, ingenio prodesse non potest.

§. II.

De Scriptorum Delectu.

Ex his omnibus quinam sunt praecipue Scriptores deligendi?

R. Eos maxime legere, et imitari oportet, qui aurea aetate vixerunt, ac ante omnes Tullium, caelestem in dicendo virum, ut eum Fabius appellat, quique, ut ait idem Fabius, apud posteros id consecutus est, ut Cicero jam non hominis nomen, sed eloquentiae habeatur. Hunc igitur spectemus: hoc propositum sit exemplum: ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placuerit.

Quanta vero cura ac religione sermonis proprietatem observaverit Cicero, satis magno argumento erit quod dicam. Fuit cum existimaret *inhibere remos*, idem esse ac *retinere;* et ut auriga equos inhibet, ut cursum sistat, sic etiam remos inhiberi, dum

sustinentur. Postea vero ex nautis didicit inhiberi remos, cum remiges alio navigantes modo, navim ad puppim convertunt. Quod edoctus minime cessandum putavit, donec Atticus, et Varro monerentur, ut in secundo Academicarum Quaestionum libro, quem transmiserat, locus ille emendaretur. Quod ita esse indicant haec Tullii verba ad Atticum. » *INHIBERE illud tuum, quod mihi arriserat, vehementer displicet: est enim verbum totum nauticum. Quamquam id quidem sciebam; sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Id non esse ejusmodi, didici heri cum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ab* εποχης (*) *remotissimum est. Quare facies, ut ita sit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si forte mutavit* ».

Quod si de vocula una ita laboravit Tullius, nihil mirum, si viro, ut omnium eloquentissimo, ita etiam proprietatis adeo amanti, omnium doctissimus Varro mitteret libros suos de Lingua Latina: si item omnium fortissimus Julius Caesar, nec vel eloquentia, vel doctrina illis minor futurus, si totum his se studiis tradidisset, eidem dicaret libros suos de Analogia. Qua de re sic Tullius in Bruto » *In maximis occupationibus ad me ipsum de ratione latine loquendi accuratissime scripsit Caesar* ».

Quis ordo tenendus est in legendis Tullii libris?

R. Ducetur initium ab ejus epistolis familiaribus, quae sunt omnino perlegendae, et quarum ad imitationem aliquae componentur. Deinde venietur ad

(*) Idest -- *a sustinere.*

ejus dialogos de Amicitia, et Senectute: tum ad libros de Oratore tres, quorum est exquisitissima latinitas: de Officiis itidem tres nihilo inferiores. Non omittendus liber de claris Oratoribus, mira jucunditate conditus ob rerum varietatem, et sublimem de Oratoribus omnibus Graecis, Latinisque sententiam, neque is etiam qui Orator inscribitur, quique Ciceronis de Oratore perfecto judicium continet. His adde elegantissimas ad Atticum epistolas, quae commentariis recentibus illustratae prodierunt. Caetera per otium legere licebit, Tusculanas v. g. Quaestiones de Natura Deorum; maxime vero istius Orationes in quibus est stylus paulo exaggeratior ornatiorque, qui nempe Oratorum proprius est.

Quisnam Ciceroni proximus est incorrupta Latini sermonis integritate, et elegantia?

R. Primum post Ciceronem damus locum Caesari, atque Terentio. Quam praeclare de utroque senserit Tullius, liquet ex his, quae de utroque scripsit. Ac de Terentio quidem sic loquitur ad Atticum « *Secutus sum, non dico Caecilium (malus enim auctor Latinitatis est), sed Terentium, cujus Fabellae propter elegantiam putabantur a C. Laelio scribi.* »

De Caesare vero sic idem in Bruto « *Etiam Commentarios quosdam scripsit rerum suarum valde quidem probandos: nudi enim sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis, tamquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fuit, qui volunt illa calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit.* » Eodem libro ait, *Caesarem fere omnium oratorum loqui*

elegantissime: nec id solum domestica consuetudine, ut dudum Laeliorum, et Domitiorum familiae: sed ut perfecta esset illa bene loquendi laus, multis litteris, et iis quidem reconditis, et exquisitis esse consecutum. » Cornelius Nepos denique, teste Gellio, Marci Tullii Ciceronis ut qui maxime amicus familiarisque fuit. De hoc satis sit referre testimonium, quod de illo Catullus perhibuit » *Ausus es unus italorum omne aevum tribus explicare chartis, doctis jupiter et laboriosis* » mundissimo enim ac castissimo orationis genere, inquit Muretus, illis imperatorum excellentium vitae explicantur. Post hos lacteam Livii ubertatem, et immortalem Sallustii velocitatem, pueris in exemplum proponendas existimo.

Quibus Poetis Latinis praecipue opera danda?

R. Phaedro ac Tibullo, Catullo, Virgilio, Horatio si bona detur opera satis erit: his enim inest quantum res poetica splendoris, dignitatis, ac venustatis habet. Et si ordinem quo poetae legendi sunt, quaeras, asserere non dubitabo ante omnes legendum esse Virgilium. Hunc pueri manibus terant, in sinu gestent, atque in deliciis habeant. Primum Bucolicis interpretandis operam insumant: memoriae mandent, perpendant, excutiant omnia, postea fiet gradus ad Georgicorum libros, absolutissimum poema, deinde ad Aeneidos veniant; ibi ingenium exerceant, operam omnem ponant, nocturna diurnaque manu versent. In hoc uno velim nostra studia praesertim consistere. Post Virgilium, Horatium Flaccum Lyricorum, Latinorum exemplar optimum. Laudabo qui in deliciis Catullum, et Tibullum habeant, Phaedrumque mitioris styli auctorem elegantissimum et

Ovidium, dummodo caute legatur. Sed in Catullo, Virgilio et Flacco omnes latinae poesis vires, et veneres pueri facile invenient.

De Italicis Scriptoribus dicas, quaeso.

R. Equidem cuperem adolescentes multam operam pauculis libris impendere: non enim multis parum, sed paucis multum studii dare prodest. Quare primum pueris legendos offerrem vel SS. Patrum vitas a Dominico Cavalca interpretatas, vel Flosculos vitae sancti Francisci, vel Speculum Penitentiae Jacobi Passavantis, vel Guidonis Pisani de Gestis Aeneae librum, posteaque selectas ex Joanne Boccaccio fabulas. Nos Flores commentarii in divinam Aligherii Comoediam a Boccaccio descripti edendos curavimus, dignum lectione librum et amore puerorum, ni nostra nos fallit opinio. Deinde velim Joannis Casae Galateum, et Orationes degustarent, et Annibalis Cari ac Torquati Tassi Epistolas: nec non Petri Francisci Giambullarii Historiam, et Bernardi Davanzati. Denique ex operibus Pauli Segneri Conciones quadragesimales, Panegyricos, Christianum in sua lege edoctum, et Incredulum non excusabilem. Ex his nos veluti florem et succum delegimus multis abhinc annis in libro cui titulus *Prose scelte del P. Segneri*, quem typis Nobilianis Pisauri editum studiosis adolescentibus, ut nunc, commendavimus. Ex Danielis Bartoli quoque nonnulla excerpsimus, et Pisauri typis mandavimus in usum Tyronum: haec perlegant, hisque addant Asiae et Sinarum historias et SS. Hominum vitas, de quibus antea locuti sumus. Ex numero poetarum vero, primo legendam pueris traderem Aeneidos versionem ab Annibale Caro concinnatam, ut primo quoque tem-

pore affinitatem utriusque poesis cognoscant. Postea Dantis Aligherii Comoediam delibandam offerrem, et pulchriora Petrarcae carmina. Denique Politiani, Tassi, Areostique poemata expurgata. Hos si pueri assidue perlegant, facile sibi stylum optimum comparabunt.

CAPUT XXIII.

DE IMITATIONE

Quid est Imitatio?

R. Ea est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum, id est optimorum, similes in dicendo esse velimus. Imitatio itaque, quam ingeniorum altricem dixerim, nos similes in dicendo optimis efficiet, cum nos virtutes illorum omnes in dicendo assequuti erimus. Quod apprime notandum existimo, ne quis in mentem inducat suam rebus similitudinem inesse debere; quod miseram servitutem scriptoribus adduxerit. Si ab optimis scriptoribus tantum virium et sanguinis habeas, quantum sat est, res tuas pertractabis, ut illi solent: eodem splendore, eadem arte; etiamsi materia et res differant, et tuae propriaeque erunt. Quare hoc imitatione primum obtineamus, ut quae optima legimus in optimis, in succum et sanguinem convertamus; ex quo erit, ut pari ratione nos quoque optima facere possimus, quae nostra non aliena sint. Ego nolim ita perpetuo alienis vestigiis insistere, ut ne latum quidem unguem audeam deserere; sed hoc velim ab imitatione consequi, ut optimorum ope pari gradu cum illis possim procedere.

§. I.

De Imitatione Puerili.

Quotuplex est imitatio?

R. Duplex, ut ego opinor, altera est quam puerilem, altera virilem dicam. Puerilis ea est, quae teneras puerorum mentes exemplo effingit, et roborat; virilis quae in arte consistit. Nam pueri ita ducendi sunt ut nil faciant quod ante oculos prius non habuerint. Quare hos velim multa optimorum loca memoriae mandare, et jussos mandata memoriae describere, et verbis exornare, prout per aetatem et ingenium licebit. Etiam quae latine memoriter teneant, italice exponere, aut e contra, utile duxerim. Utillimum certe erit vel quae latino sermone expressa sunt italico interpretari, vel contra: non enim haec futilis exercitatio ingenii est, ut nonnulli dictitant. Nam interpretatio ipsa ditat ingenium, et ita intus format, ut res disponere et describere eodem ordine, eademque ratione, nullo mentis conatu, sed veluti quadam occulta naturae vi, discat. Sic literarum ductus, ait Fabius, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici vocem docentium, pictores opera priorum. Hanc nos puerilem imitationem per tres gradus procedere dicemus.

Quinam sunt imitationis gradus?

R. Prior imitationis gradus, dicam esse, ex latino in italicum vertere, vel ex italico vertere in latinum: quo genere exercitationis proprietas splendorque verborum, copia figurarum, vis explicandi, praetereaque imitatione optimorum, similia inveniendi facultas paratur, ut Fabius docet. Nec de interpretatione loquor, sed de versione.

Quid interest inter interpretationem et versionem?

R. In hoc differt quod interpretatio verbum verbo reddit, quantum sermonis affinitas patiatur; versio ea exprimit, quae alio sermone dicta sunt, servato robore copia et sensu, sed nulla, vel haud nimia verborum cura. Interpres ergo ut verborum vim utriusque sermonis arripiat, studet; imitator (qui enim convertit ex una in aliam linguam is es) ut vim, copiam et colorem teneat orationis, contendit. In illo industria et diligentia quaedam, in hoc ingenium emicat. Dum ergo de primo imitationis gradu loquor, de hac vertendi ratione, non de simplici interpretatione, quae praecedat oportet, loquor.

Quomodo probari poterit hunc priorem esse imitationis gradum?

R. Ex hoc facile probari possit, quod haec facilior est imitandi ratio, cum ea quae bene inventa et exposita sint, facile sit sequi, et alio etiam sermone exprimere. Exemplo etiam Ciceronis, quod magni ponderis apud cordatos homines esse puto, confirmatur. Nam in libro 1. de Oratore, de se ait. » *Mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum graecas orationes explicarem; quibus lectis, hoc assequebar, ut cum ea quae legerem graece, latine redderem, non solum optimis verbis uterer, et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quaedam verba imitando, quae nova nostris essent, dummodo essent idonea.* » Et in libro de optimo genere oratorum ait. « *Converti ex atticis,* ait ille, *duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschynis et Demosthenis: nec converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem, et eorum formis, tamquam figuris, verbis ad*

nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi: non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tamquam appendere ».

Quinam est secundus imitationis gradus?

R. Locum aliquem optimi scriptoris dissolvere, et marte proprio rursus memoriter componere. Quod ut facilius intelligi possit, liceat mihi hic verba viri clarissimi Josephi Juventii S. J. usurpare. « *Conficies analysim orationis Ciceronianae, vel partis alicujus illustrioris ex ea decerptae; rationes, figuras, rudi quadam delineatione adumbrabis: hanc materiam postea tractabis tuo marte, et osseam quasi compagem carne sua vesties: postremo tuum opus cum ciceroniano comparabis, et quantum ab eo recedas, intelliges* ».

Quinam est tertius gradus?

R. Tertium gradum esse existimo in quadam aemulatione positum. Revoca in memoriam quae a te lecta sunt, de quibus rem et argumentum teneas, non tamen verba, et haec ipsa quasi aemulus scribe. Postea fac ut diligenter legas et excutias, et tandem cum scriptore illo, a quo tu materiam mutuatus es, conferas. Hic tibi sedulo, et aequa lance pensitandum quid ille commodius elegantiusque dixerit, quid tu. Licebit interdum et nobilissima eligere, et quadam novitate exornare, ita ut eadem res non eadem sit forma; interdum etiam cum optimorum electioribus locis in quoddam certamen venire. Quod cum exercitationis causa secreto facias, certamen minime improbandum est. Potest enim accidere, ut quem subsequi satis habueras, hac

ingenii contentione antecedas: quod quamvis raro, interdum tamen evenisse sciamus. Qui vero agit, ut prior sit, etiamsi non transierit, aequabit, ut ait Fabius.

Praestatne unum an plures optimos imitari?

R. Cum de pueris loquar, unum dicam et optimum imitandum esse. Ut enim natura lacte solum infantes vult ali, donec vires corporis sufficiant; ita et nos donec ingenii vires crescant uno scriptore ali ingenia puerorum volumus. Unum Ciceronem, si me consulas, pueris imitandum praebebis. In hoc enim omnes styli rationes, omnesque scriptoris virtutes invenire potes, ut antea dictum est. Et si de Poetis sermo sit; Virgilium unum imitandum apprime statuo. Hic in Bucolicis tenuioris styli, in Georgicis exornati, in poemate *Aeneidos* vero sublimis magnificique exempla suppeditabit. Quare pueros primum velim epistolas, et libros de Senectute, de Amicitia, de Officiis imitari, eodemque ordine Virgiliana, quae numeravi poemata, donec ingenium formam ab his scriptoribus habeat, referatque scribens imaginem quamdam, veluti filii parentum, qui cum similes sint, iidem tamen esse non possunt.

Nonne hoc modo Scriptores omnes unam formam, et unius imaginem referant?

R. Minime. Nam natura omnes intus efformat similes diversitate quadam: aliis enim subtilitatem, aliis colorem, aliis copiam, aliis alia tribuit. At cum virtutes omnes in illo uno quem imitandum suscepimus excellant, quo natura fert, ingenium fortius, et melius se applicat. Ita cum exemplar sit unum, multiplex est imitationis effectus. Scimus Livium,

Quintilianum, Curtium, Columellam, Lactantium sibi Marcum Tullium imitandum elegisse, et incredibile dictu est quantum ab eo distent, et quantum etiam inter se dissimiles sint. « *Ubertatem* (ait Paulus Cortesius) *Livius arripuit, acumen Quintilianus, lenitatem Curtius, elegantiam Columella, sonum Lactantius.* » Ex quo maxime intelligitur eum ipsum hominem mirabilem fuisse, ex quo tam diversa ingenia tamquam ex perenni quodam fonte defluxerint.

Quid cavendum est pueris in imitatione?

R. Caveant primum multiplex sibi exemplar proponant. Fit enim ut varia ciborum genera concoquantur et non in succum et sanguinem, sed in morbi materiam se vertant.

2. Caveant vulgare quoddam ac mediocre sibi proponant exemplar: *mox daturi progeniem vitiosiorem.* Summus aliquis (iterum libentissime dicam) et excellens auctor unus deligatur imitandus, in quem tota mente intueantur.

3. Caveant illustria aurei Scriptoris loca quae sibi proposuerint serviliter putideque imitentur, ut solent homines illi, quos jure optimo ridet Horatius: « *O imitatores servum pecus* »; et ut bene multis fieri videmus, qui cum picarum, aut psittacorum more easdem omnino voces reddiderint, tunc demum magnos se veterum imitatores arbitrantur.

4. Caveant sibi sufficiat imaginem virtutis effingere, et solam cutem, ut ita dixerim, imitari: quod accidit iis, qui non penitus virtutes scriptoris sibi propositi introspexerunt, et ad primum se velut aspectum orationis aptarunt. Nam horum plerique declinantur in pejus, et proxima virtutibus vitia,

non scriptoris virtutes comprehendunt. Noveram quosdam, ait Fabius, qui se pulchre expressisse genus illud coelestis hujus in dicendo viri (*Ciceronis*) sibi viderentur, si in clausula posuissent *esse videatur:* quid hoc insanius, quid putidius!

5. Non putent se bene imitatos esse, si eadem ferme verba servando, transferant illa ad alium sensum vel similem vel contrarium v. g. dixit Tullius in Antonium:

O audaciam immanem! Tu ingredi illam domum ausus es? Tu illud sanctissimum limen intrare? Tu illarum aedium Diis Penatibus os opportunissimum ostendere?

Si verba haec paululum immutata in Judam hortos, ad Christum prodendum, subeuntem, *transferantur* non imitator, sed sine pudore plagiarius eris. Sic etiam si Catilinariae orationis primae exordium ad aliud argumentum ita convertatur:

Quousque tandem, homo nequam atque improbe, intemperanter abutere divina patientia? Quamdiu illam eludet vita ista tua omni scelerum genere cooperta? Quem ad finem se inveterata tua jactabit impietas? Nihil ne te impendentia mortis pericula, nihil inferorum poenae, nihil intentus in te Divinae justitiae gladius, nihil terror conscientiae, nihil severissimi judicis tribunal, nihil illius os vultusque movebunt? Patere tua flagitia non sentis?

Quis, dum non admodum obtuso sit ingenio, non viderit locum Ciceronis non imitatum, sed personatum et vi arreptum, non aemulatum sed pueriliter adumbratum, ita ut non proprium scriptoris, sed adhuc Ciceronis sit?

Tu vero quaecumque imitaberis sic facies tua, ut eruditis et emunctae naris hominibus appareat imitatio; sed tamen res omnino alia, tibique propria facta jam esse videatur.

6. Denique caveant pueri, ne amplificationem vel diminutionem cum imitatione confundant. Si enim propositum exemplar vel in pauca contrahant vel fusius uberiusque dilatent, non imitabuntur sed amplificabunt vel minuent, quod aliud certe, et longe diversum est. Sed de puerili imitatione hactenus; nunc de virili est dicendum.

§. II.

De Virili Imitatione.

Quaenam est Imitatio Virilis?

R. Ea est, qua res invenire, et inventas disponere possumus eodem modo et habitu quo Scriptores optimi solent. Ut ergo illa quam puerilem, quod puerorum mentes primo alit, diximus, maxime in elocutione continetur, virilis, quam ita appellabimus quod maturioribus ingeniis convenit, in dispositione et inventione magis versatur. Per hanc enim imitandi rationem similes melioribus efficimur inveniendo et disponendo, per illam vestigia aliorum sequentes in dicendo tantum. Sed puerilis antecedat oportet: haec enim nutrit et roborat et validiora studia nostra ad virilem assequendam reddit. Ut enim corpus primo salubrioribus cibis corroboratum ad labores sustinendos valet; ita ingenium puerili imitatione validum ad majora facilius contendit.

Quandonam a puerili ad virilem imitationem gradum facere poteris?

R. Cum bene te ad optimi alicujus imitationem conformaveris, neque colorem solum, sed succum etiam et habitum orationis illius fueris nactus, tum legendi caeteri quoque tibi sunt auctores latini, graecique italique, tum oratores, tum etiam poetae. Profecto et doctrinae et sapientiae maximae in hoc tibi opus erit; ut meliora ex omnibus eligas, et tui juris facias ita ut non aliorum sed propria, non antea dicta sed nova esse videantur. Quod sine philosophia ingeniique maturitate non posse effici nemo est qui non facile intelligat. Nam, ait Tullius, nec latius, nec copiosius, de magnis variisque rebus sine philosophia potest quisquam dicere . . . . . . Quare Horatius inquit

Rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae.

Quomodo imitatione id praestare possumus ut nova inveniamus?

R. Id praestare possumus facile, si ex optimis scriptoribus quos legimus, vel partes pulcherrimas, vel simulacra rerum arripiamus, et ex variis totum componamus ita ut ex mente nostra expromptum, et nostrum esse, non ab aliis petitum videatur. Praeterea si in compositione artem eamdem adhibebimus, quam ex optimo illo assecuti antea sumus, imitatione puerili. Quis enim vetat orationes, epistolas aliaque tali structura et ordine scribere ut cum non sint Ciceronis, tamen a Cicerone scriptae videantur, etsi nova et illi indicta loquantur? Quis vetat nova rerum carminibus celebrare virgiliano stylo, sed tali ratione ut omnia nostra propriaque sint? Quare hoc imitationis genus inventionem ad-

juvare, et ingenia efferre facile existimem. De hac enim intelligit Horatius cum de se dicit:

. . . . *Ego apis matinae*
More modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uvidique
Tiburis ripas operosa parvus
Carmina fingo.

Cum enim ex Graecis meliorem succum delibasset, Pindari magnificentiam, Alcei Stesichorique vim, Anacreontis veneres, Sapphonis calorem horumque omnium imagines, sententias, splendidioraque loca propria fecisset, carmina illa fingebat linienda cedro, quae posteris reliquit; quae tamen a Graecis expressit, sed tanta novitate, ut sibi dixisse licuerit:

Libera per vacuum posui vestigia princeps.

Quid de se praestare debet bonus imitator?

R. Id primo ut artem optimorum assequatur, ita ut eodem splendore orationem effingat, iisdemque nervis ac viribus roboret. Quare structura sermonis ex optimis non solum, sed etiam ars effingendi, et actus vel affectus exprimendi petenda est. In hoc enim summa rerum consistit, et hac ratione similes optimis fieri possumus. Demosthenis vim, et nervos Tullius imitatus est; Tullii copiam, et immortalem illam dicendi ubertatem Paulus Segnerus; Homeri splendorem et epicam sublimitatem Virgilius propriam fecit; artem Virgilii Aligherius. Sed hoc facilius exemplis demonstrabimus.

Num et peregrini Scriptores legendi et imitandi?

R. Pueros ab his abstinere omnino volo: viris autem hoc concesserim, ut cum omnibus philosophiae et eloquentiae praesidiis confirmati sint, judi-

ciique maturitate praestent, hos etiam legant, et si quid in illis optimum videatur, sibi vindicent. Sed caveant ne peregrinitate quadam propria polluant: oportet enim peregrina primum civitate donare, posteaque nostris scriptis inserere. Omnis enim gens, omnis natio, et proprios mores et non caeteris comunes res habent; quibus si uti cupimus, moribus et ingeniis nostris antea aptare necesse est. Neque velim quemquam aliena usurpare, nisi primo forma, habitu, et pene dicam incessu patrio donaverit. Quod hominis enucleati et sapientis esse, non puerorum et tyronum, omnes facile vident.

§. III.

Imitationis exempla.

DEMOSTHENES IN ORATIONE DE CORONA

Non equidem, non erravistis Athenienses, cum pro comuni Graeciae salute et libertate pericula oppetere non dubitastis: manes illorum testor, qui Marathone primo dimicarunt, postea ad Salaminam apud Arthemisium navale praelium commisere: et illorum qui ad Plateas in acie steterunt; multos denique fortissimos viros, qui in publicis monumentis jacent, quosque universos pari honore respublica honestandos decrevit.

CICERO IN ORATIONE PRO MILONE.

Vos vos appello, fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinem effudistis: vos in viri et civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, et huic judicio praesidentibus, haec tanta virtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? projicietur?

Et Joannes Casa in Oratione ad Carolum V. de restitutione Placentiae:

O gloriose, o ben nate, e ben avventurose anime, che

nella pericolosa ed aspra guerra della Magna seguiste il Duca e di sua milizia foste: e le quali per la gloria e la salute di Cesare i corpi vostri abbandonando, ed alla nemica fierezza del proprio sangue, e di quel di lei tinti lasciandoli, dalle fatiche e dalle miserie del mondo vi dipartiste; vedete voi ora in che dolente stato il vostro Signore è posto? Io son certo che sì: e come quelle che lo amaste, e da lui foste sommamente amate, tengo per fermo che misericordia e dolore dei suoi duri ed indegni affanni sentite etc.

Num a Scriptoribus optima imitari dumtaxat debemus?

R. Non a scriptoribus solum, sed a natura quoque, quam primi homines magistram et ducem habuerunt. Multa sunt in rerum natura, multa esse possunt indicta scriptoribus, quae tamen et dicere et imitari possumus arte ea qua optimi vel similia vel aequalia dixere. Natura enim materiam suppeditat oratori, et poetae; ars quae semper una eademque est, vires ad exprimendum sufficit. Mors Laocoontis materiem Graeco illi dedit, qui statuam morientis affabre effinxit: statua Virgilii carminibus: Virgilii carmina artem Danti Aligherio, ut tragicam Ugolini mortem versibus pingeret. Ita per imitationem natura et ars potenter scriptorem adjuvant.

Quid denique in imitatione animadvertendum est?

R. Illuc (respondet Fabius) intendenda mens, quantum fuerit in illis viris (quos imitandos suscepimus) decoris in rebus atque personis, quod consilium, quae dispositio, ... quae ratio, et quam varia narrandi, quae vis probandi ac refellendi, quanta in affectibus omnis generis movendis scientia. Haec si praeviderimus et attente considerabimus tunc vero imitabimur. Qui vero etiam propria his bona adje-

cerit, ut suppleat quae deerant, circumcidat si quid redundabit, is erit perfectus.

CICERO IN NARRATIONE ORATIONIS PRO MILONE.

Milo cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est, domum venit: calceos, et vestimenta mutavit: paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est: deinde profectus est id temporis, cum jam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset: obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut solebat, sine uxore, quod numquam fere: cum hic insidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in rheda, penulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri, et delicato ancillarum puerorumque comitatu: fit obviam Clodio ante fundum ejus hora fere undecima, aut non multo secus: statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum: adversi rhedarium occidunt: cum autem hic de rheda, rejecta penula, desiluisset, seque acri animo defenderet: illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad rhedam, ut a tergo Milonem adorirentur, partim, quod hunc jam interfectum putarent, caedere incipiunt ejus servos qui post erant: ex quibus qui animo fideli in dominum erant, et praesentes fuerunt, partim occisi sunt, partim, cum ad rhedam pugnari viderent, et domino succurrere prohiberentur, Milonemque occisum etiam ex ipso Clodio audirent, et ita esse putarent, fecerunt id servi Milonis (dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est) neque imperante, neque sciente, neque praesente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.

Joannes Franciscus Commendonus Cardinalis, cum adhuc adolescens Patavii degeret studiorum causa, juvenis aequalis sui ob caedem factam capitis arcessiti causam apud praetorem agens, totam pro Milonis

orationem pulcherrime imitatus est: quod ex narratione videre unicuique licebit.

Vanno i male avventurati giovani alla casa infelice, anzi ivi a sorte si abbattono come gli menò con il costume dello studio la loro sciagura. Ma non si acqueta la severità perchè questo solamente si dica. Dicasi che minacciano d'entrare: si provano e gridano a coloro che prigioni si rendano. Non però fin qui è niente di colpa: fatto mille e mille volte successo. Che segue poi? Da infiniti colpi si difendono, molti ne sopportano, e gravemente feriti son da coloro, che senza riguardo avere al numero di chi gli assaliva, o alla piccolezza del rimedio, ond'esser potevano salvi, troppo più presumono delle loro forze di quello, che lor bene stava. Oh quanto qui doveria ognuno che sa d'esser uomo di carne e d'ossa, seco medesimo ripensare, di che potere sia lo sdegno, e principalmente appresso di giovani armati, e allora offesi, e qual furore presti il sangue che largamente dalle proprie ferite distilla e il vederci davanti agli occhi il nemico, che ci ha offeso, e mortalmente offeso.

Nè perciò io non danno il fatto; e questo solamente dico, che se alcuno vive oggidì, il quale offeso essendo, benedica chi l'offese, battuto porga sè umilmente ad un'altra percossa sostenere, che costui è più che uomo, spirito divino, vero imitatore di Dio. Ma deserta è fatta questa via ormai, e segnata di rari vestigii; nè è più tanta perfezione in terra. Avvenne dunque dopo molta sofferenza, che più della ragione potè lo sdegno: nè si nega il fatto.

Si vero cupis germanae imitationis exempla habere confer cum Ciceronis stylo Joannis Casae stylum praecipue in orationibus, et Conciones Quadragesimales Pauli Segneri cum Tullii orationibus: exordia expende, argumentationes, confutationes, amplificationes, transitiones, perorationes denique, et tibi

fateri necesse erit Tullium ipsum ita scripturum fuisse si Segneri aetate floruisset. Hoc satis erit ut omnibus via rectae pateat imitationis. Ne tamen exempla ex poetis desiderentur, nonnulla afferam, eoque libentius, quod ars in poetis latior est et magis aperta.

§. IV.

Exempla Poeticae Imitationis.

(*) Catullus Thetidis, et Pelei nuptias divino carmine celebrans, Ariadnam in solo litore destitutam, et casum suum graviter conquerentem aptissime inducit. Quem postea locum Maro integrum in suam Didonem pari ratione ab amatore suo delusam longe transtulit felicius. Sane Catullum si solum legas, nihil melius desiderari posse videtur; verum si cum Marone conferas, vix iterum Catullum regustabis; ita hic illi quasi tenebras offudit, atque luminibus obstruxit omnibus. Horum autem similitudinem prius videamus, postea vero carmina ipsa conferemus. Foeminae igitur ambae sunt; ab iis ambae destitutae, atque delusae, quos pro maritis habebant, ac de quibus modis omnibus optime erant meritae: ambae hospitem fugientem execrantur; ambae in gravissimo periculo derelictae, ambarum item querendi ordo, atque ratio. Siquidem modo furore percitae in desertores suos verbis asperis impotenter feruntur, modo ad preces remissas animos miserabiliter convertunt, idque per totam conquestionem, quasi vicissim repetitum, conservant. Postremo autem ad execrationem, ad diras, tanquam ad cau-

(*) Ex libro 2. de Imitatione Bartholomei Riccii Lugiensis hunc integrum locum usurpavi, ut tanti viri auctoritas praeceptis fidem adderet.

sae suae tutissimum praesidium, furentes confugiunt. Sed jam similitudinem utriusque, atque alterius imitationem ipsa carminum collatio plenius ostendat. Ariadna igitur statim sic in suum fugientem exardescit.

Siccine me patriis abductam, perfide, ab oris,
Perfide, desertam liquisti in litore, Theseu?

Quam iracundiam Dido et ipsa sic initio expressit:

Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
Posse nefas? tacitusque mea decedere terra?

Continuo a summa indignatione utraque, ut vides, suam querimoniam exorditur: altera, quod ab laribus patriis abducta tam longe gentium in solo litore destitueretur; altera quod, se inscia, ex urbe sua fugam moliri clamque de suo regno decedere suus sit ausus, gravissime indignatur; simul perfidiae utraque suum accusat; paulo post tamen Ariadna a sui commiseratione hoc modo pergit querendo.

Nulla ne res potuit crudelis flectere mentis
Consilium, tibi nulla fuit clementia praesto,
Immite ut nostri vellet mitescere pectus?
At non haec quondam nobis promissa dedisti,
Voce mihi, non hoc miserae sperare jubebas,
Sed connubia laeta, sed optatos Hymenaeos.

Quam eamdem commiserationem, atque eodem loco Dido non omisit, cum et ipsa sequitur:

Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

Hoc autem addit Dido, quod longe cum re commodius convenit, Aeneam non solum in se, sed in suos, atque adeo in se ipsum crudelitatem suam exercere, qui se cum suis per hyemem certissimo maris pe-

riculo objectare non dubitet. Id autem his exequitur versibus:

Quin etiam hyberno moliris sidere classem,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis?

Quin etiam pergit ab incerto loco, quo Aeneas appulsurus est, ejus perfidiam graviter exagitare, sic dicens:

. . . . Quid si non arva aliena, domosque
Ignotas peteres, et Troja antiqua maneret?
Troja per undosum peteretur classibus aequor?

Quae duae partes, quoniam nullo modo Catullo conveniebant, propterea sunt omissae. Sed vide rursus, ut ad preces, ad lachrymas se totam convertat, dicens:

Me ne fugis? per ego has lachrymas, dextramque tuam te,
(Quando aliud mihi jam miserae nihil ipsa reliqui,)
Per connubia nostra, per inceptos Hymenaeos
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, miserere domus labentis, et istam
Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.

Plane tota loci est imitatio: sed quod potuit amplius Maro, id acute, et vidit, et praestitit egregie. Pactos tantum Hymenaeos suo objicit Ariadna; Dido vero per eos ipsos Aeneam rogat, hac horum etiam voluptate eum artificiose tentat, si possit commovere. Quae vero sequuntur, meritum continent: et ipsa quidem a Catullo sumpta, sed non ad Catulli tamen ordinem descripta, in quibus quidem exprobrandis ea item animi alternatio servatur, qua supra amantem affectam esse demonstravimus. Sensim enim exprobrando iterum ad hospitis nomen exarsit, neque multo post sedatior, atque remissior facta in commiseratione acquievit. Catulli autem hi sunt versus.

Jam jam nulla viro juranti foemina credat,
Nulla viri speret sermoues esse fideles:
Qui dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,
Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt;
Sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil perjuria curant.

Quam sententiam Maro tribus verbis divinitus absorpsit, cum ait:

Nusquam tuta fides.

Post perfidiam, ingratum etiam suum Ariadna accusare, atque illi nominatim praestita officia exprobrare his verbis non omittit:

Certe ego te in medio versantem turbine lethi
Eripui, et potius germanum amittere crevi,
Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem,
Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque
Praeda, nec injecta tumulabor mortua terra.

Quam partem Maro quoque paucis, sed quam plenissime absolvit ad hunc modum:

.... Ejectum litore, egentem
Excepi: regni demens in parte locavi;
Amissam classem, socios a morte reduxi.

Ubi autem Ariadna fratris mortem, quam amatoris, se maluisse dicit, ac pro tanta in eum fide se relictam esse feris, avibusque dilacerandam, misere conqueritur; Dido Nomadum Regum, Libycae, ac Tyriae Gentis in se odium; deinde pudicitiae violatum nomen, postremo mortem ipsam objicit. Ejus autem hi sunt versus.

Te propter Libycae gentes, Nomadumque Tyranni
Odere, infensi Tyrii, te propter eumdem
Extinctus pudor, et qua sola sidera adibam
Fama prior. Cui me moribundam deseris, hospes?

Ariadna item ab usque natalibus Theseum impietatis nota prosequitur his versibus.

Quaenam te genuit sola sub rupe leaena?
Quod mare conceptum spumantibus expuit undis?
Quae Syrtis? quae Scylla rapax? quae vasta Charybdis?
Talia qui reddis pro dulci praemia vita?

Dido vero haec ad eum modum in Aeneam iracunde evomuit:

Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tygres.

Hactenus per gravem negationem hic efficit, quod ille per interrogationem acriter conquestus est; cum neque tamen ab ea abstinuerit diutius, sequitur enim:

Nam quid dissimulo? aut quae me ad majora reservo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?

Quae qui non facit, is merito omnis impietatis accusandus est, quique magis diris feris, quam humano patre et satus, et altus dignus est ut credatur. Quod item in mercedis loco dictum esse constat, quasi qui tot ac tantis beneficiis acceptis in suo tanto dolore nullum misericordiae signum ediderit (1)

---

(1) Tassus noster hunc locum aemulatus est:

Ella mentre il guerrier così le dice
Non trova loco torbida, inquieta:
Già buona pezza in dispettosa fronte
Torva il riguarda: alfin prorompe all'onte.
Nè te Sofia produsse, e non sei nato
Dell'Azio sangue tu: te l'onda insana
Del mar produsse, o il Caucaso gelato,
E le mamme lattar di tigre ircana.
Che dissimulo io più? l'uomo spietato
Pur un segno non diè di mente umana,
Forse cambiò color? forse al mio duolo
Bagnò almen gli occhi, o sparse un sospir solo?

Suum postea Ariadna conqueritur jam longe fugam arripuisse, cum ait:

Ille autem prope jam mediis versatur in undis,
Nec quisquam apparet vacua mortalis in alga.

Quod nec Dido omisit. Ita enim et ipsa conqueritur:

Litora deseruere, latet sub classibus aequor,
Adnixi torquent spumas, et caerula verrunt.

Solitudinem Dido omisit, quae domi apud suos relinquebatur; celeritatem autem navigationis altero quoque adauxit versu.

Ariadna item in prima caussa detestanda sic versatur:

Juppiter Omnipotens, utinam ne tempore primo
Gnossia Cecropiae tetigissent litora puppes,
Indomito nec dira ferens stipendia tauro
Perfidus in Cretam religasset navita funem,
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Consilia, in nostris requiesset sedibus hospes.

Dido vero id ipsum ad hunc modum imitata est.

Felix, heu nimium felix, si littora tantum
Nunquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.

Catullus omnia Ariadnam his versibus desperantem inducit:

Nam quo me referam? quali spe perdita nitar?
Idaeosne petam montes? at gurgite vasto
Discernens ponti truculentum dividit aequor.
An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui
Respersum juvenem fraterna caede secuta?
Conjugis an fido consoler memet amore,
Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?
Praeterea litus, nullo sola insula tecto,
Nec patet egressus, pelagi cingentibus undis,
Nulla fugae ratio, nulla est spes, omnia muta,
Omnia sunt deserta; ostentant omnia lethum.

Quam partem eo in loco effinxisse Maro videtur, cum ait:

En quid agam? rursusne procos irrisa priores
Experiar? Nomadumque petam connubia supplex?
Quos ego sum toties jam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes, atque ultima Teucrum
Jussa sequar? (1)

Et quae sequuntur. Quae omnia Didoni haud minus erant tuta, quam quae sibi objectabat Ariadna. Hoc in Marone erat amplius, quod indignatione rem adauxit, quam Ariadna tantum flebiliter, ac misere deploraverat.

Catullus tandem suam ad diras, ad execrationes perduxit, his versibus:

Quare facta virum mulctantes vindice *poena*
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis praeportat pectoris iras,
Huc, huc, adventate, meas audite querelas,
Quas ego, vae miserae, extremis proferre medullis
Cogor inops, ardens, amenti caeca furore,
Quae quoniam vere nascuntur pectore ab imo,
Vos nolite pati nostrum vanescere luctum,
Sed, quali solam Theseus me mente reliquit,
Tali mente, Deae, funestet seque suosque.

---

(1) Hunc locum Areostus a Virgilio mutuatus est:
Tornerò in Fiandra ove ho venduto il resto
Di che io vivea, benchè non fosse molto
Per sovvenirti, e di prigione trarte?
Meschina dove andrò? non so in qual parte.
Debbo forse ire in Frisa, ov' io potei,
E per te non vi volsi esser regina?
Il che del padre, e de' fratelli miei,
E d' ogni altro mio ben fu la ruina.
Canto X.

Quem locum postremo Maro cum copiose, tum etiam splendide sic imitatus est:

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuque harum interpres curarum et conscia, Juno,
Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes,
Et dirae ultrices, et Dii morientis Elisae,
Accipite haec, meritumque malis advertite numen,
Et nostras audite preces. Si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est,
Et sic fata Jovis poscunt, hic terminus haeret:
At bello audacis populi vexatus, et armis,
Finibus extorris, complexu avulsus Iuli
Auxilium imploret, videatque indigna suorum
Funera, nec cum se sub leges pacis iniquae
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur;
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.
Haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo. (1)

Quod lac lacti, quae aquae aqua similior, quam tota est ab usque initio ad ipsum finem Maronis imitatio? Quanto autem imitator splendidius, quanto copiosius, quanto gravius agat, non arbitror te expectare, dum dicam. Ille enim narrat: hic vero canit, atque ea tuba canit, qua nulla unquam gravior, atque nobilior inflabitur. Ut isti tandem vi

(1) Hunc quoque locum Tassus arripuit.
Vattene pur crudel con quella pace
Che lasci a me; vattene, iniquo, omai:
Me tosto ignudo spirto, ombra seguace
Indivisibilmente a tergo avrai;
Nuova furia coi serpi e colla face
Tanto ti agiterò, quanto t'amai,
E s'è destin ch'esca dal mar, che schivi
Gli scogli e l'onde, e che alla pugna arrivi;

deant, imitatorem non ita in ergastulis contineri, quem sequatur, facile praecurrere possit.

En similitudinem Catulli qua rosam virgunculae comparat. Haec immortalibus carminibus ab Areosto expolita et aemulata est.

Ut flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber:
Multi illum pueri, multae optavere puellae,
Idem quum tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullae optavere puellae:
Sic virgo dum intacta manet, dum cara suis est;
Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis.

La Verginella è simile alla rosa,
Che in bel giardin sulla nativa spina
Mentre sola e sicura si riposa,
Nè gregge, nè pastor le si avvicina:
L'aura soave e l'alba rugiadosa,
L'acqua, la terra al suo favor s'inchina;
Giovani vaghi e donne innamorate
Amano averne e seni e tempie ornate.
Ma non sì tosto dal materno stelo
Rimossa viene e dal suo ceppo verde,
Che quanto avea dagli uomini e dal cielo,
Favor, grazia, bellezza, tutto perde.
La vergine, che il fior di che più zelo

Là tra il sangue e le morti egro giacente
Mi pagherai le pene, empio guerriero:
Per nome Armida chiamerai sovente
Negli ultimi singulti: udir ciò spero.
Or qui mancò lo spirto alla dolente
Né quest' ultimo suono espresse intero;
E cadde tramortita, e si diffuse
Di gelato sudore, e i lumi chiuse.

Canto XVI.

Che de' begli occhi e della vita aver de'
Lascia altrui côrre, il pregio ch' avea innanti,
Perde nel cor di tutti gli altri amanti.

Totam digressionem Virgilii (episodium vocant) de Niso et Eurialo in 9. libro Aeneidos luculentissime imitatus est Areostus in Cantione 18-19 in qua canit fidem Cloridani et Medori. Pari artis excellentia Torquatus Tassus Camillae digressionem Virgilianam lib. XI. in suavissima sublimique de caede Clorindae. Sed haec loca praeterire necesse est brevitatis gratia. Videant tamen tyrones, et duce praeceptore perpendant: ex is enim majorem profectum quam ab innumeris de imitatione regulis facient.

Nunc afferam breviorem locum in quo Tassus noster Virgilium est aemulatus. Is cecinit in 2. Aeneid. 608: Venerem filio Aeneae monstrantem numina, quae contra Trojam pugnabant.

Hic ubi disjectas moles avulsaque saxis
Saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,
Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamque ab sedibus urbem
Eruit. Hic Juno Scaeas saevissima portas
Prima tenet, sociumque furens a navibus agmen
Fero accincta vocat.
Jam summas arces Tritonia, respice, Pallas
Insedit, nimbo effulgens, et Gorgone saeva.
Ipse Pater Danais animos viresque secundas
Sufficit : ipse Deos in dardana suscitat arma.

Et Tassus in cant. XVIII. inducit pulcherrima et sapienti imitatione Michaelem Arcangelum monstrantem Gottifrido Superos, qui exercitui suo opitulantur.

Drizza pur gli occhi a riguardar l'immenso
Esercito immortal, ch' è in aria accolto;

Ch'io dinanzi torrotti il nuvol denso
Di vostra umanità ch'intorno avvolto
Adombrando t'appanna il mortal senso,
Sì che vedrai gl'ignudi spirti in volto;
E sostener per breve spazio i rai
Dell'Angeliche forme anco potrai.
Mira di quei che fur campion di Cristo
L'anime fatte in ciel' or cittadine,
Che pugnan teco, e di sì alto acquisto
Si trovan teco al glorïoso fine.
Là ve' ondeggiar la polve e 'l fumo misto
Vedi, e di rotte moli alte ruine;
Tra quella folta nebbia Ugon combatte
E delle torri i fondamenti abbatte.
Ecco poi là Dudon, che l'alta porta
Aquilonar con ferro e fiamma assale:
Ministra l'arme ai combattenti, esorta
Ch'altri su monti, e drizza e tïen le scale.
Quel ch'è sul colle e il sacro abito *porta*,
E la corona ai crin sacerdotale,
È il pastor Ademaro, alma felice:
Vedi ch'ancor vi segna e benedice.
Leva più in sù l'ardite luci, e tutta
La grande oste del ciel congiunta guata.
Egli alzò il guardo; e vide in un ridutta
Milizia innumerabile ed alata.
Tre folte squadre, ed ogni squadra instrutta
In tre ordini gira, e si dilata;
Ma si dilata più, quanto più in fuori
I cerchi son; son gl'intimi i minori.

Innumera exempla Tassus studiosis tyronibus suppeditabit.

Homerus primus similitudinem equi protulit, Ennius post illum, inde Virgilius, ex quo Tassus arripuit, et ex Tasso Metastasius. Videas quomodo magni inter se contendant, et aemulatione certent poetae.

En Homeri Iliados lib. 6. latinae conversae a Raymundo Cunichio vers. 606.

Ac velut in plenis praesepibus hordea pastus
Ille diu sonipes, rupit si vincla, virentem
Planitiem, et fugiens camporum est nactus aperta,
Insultatque solo, celsum et caput arrigit alte
Luxurians, luduntque jubae per colla nitentes
Perque armos: volat ante levis Zephirumque, Notumque
Arva secans; et nota petit vel pascua equarum
Vel fluvium, adsuetus vitreas innare per undas -- etc.

Ennius primus inter latinos Homeri comparationem ita imitatus est.

Et tum sicut equus, qui de praesepibus actus
Vincla suis magnis animis abrupit, et inde
Fert sese campi per caerula, laetaque prata
Celso pectore, saepe jubam quassat simul altam,
Spiritus ex anima calida spumas agit altus.

Virgilius postea in libr. XI. Aeneid.

Qualis, ubi abruptis fugit praesepia vinclis
Tandem liber equus, campoque potitus aperto,
Aut ille in pastus armentaque tendit equarum,
Aut, assuetus aquae perfundi flumine noto,
Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte
Luxurians, luduntque jubae per colla, per armos.

Et Tassus in Cantione IX. Strophe 75.

Come destrier che dalle regie stalle
Ove all' uso dell' arme si riserba,
Fugge, e libero alfin per largo calle
Va tra gli armenti, o al fiume usato, o all' erba:
Scherzan sul collo i crini, e su le spalle
Si scote la cervice alta e superba;
Suonano i piè nel corso, e par che avvampi,
Di sonori nitriti empiendo i campi.

Et Metastasius denique in Alexandri Drammate.

Destrier, che all' armi usato
 Fuggì dal chiuso albergo;
 Scorre la selva e il prato
 Agita il crin sul tergo,
 E fa co' suoi nitriti
 La valle risonar,
Ed ogni suon che ascolta
 Crede, che sia la voce
 Del cavalier feroce
 Che l' anima a pugnar.

Sed quamquam multa imitationis exempla protulerim nullo pacto praeterire possum sublimiora quaedam loca, quae Aligherius a Virgilio nobilissima aemulatione petiit.

VIRG. LIB. VI.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago.

DANTES

O ombre vane fuor che nell' aspetto!
 Tre volte dietro lei le mani avvinsi,
 E tante mi tornai con esse al petto.

VIRG. LIB. VI.

Quaesitor Minos urnam movet: ille silentum
Conciliumque vocat, vitasque, et crimina discit.

DANTES

Stavvi Minosse orribilmente, e ringhia,
 Esamina le colpe nell' entrata,
 Giudica e manda secondo che avvinghia.

Virg. lib; vi.

Portitor has horrendus aquas et flumina servat
Horribili squallore Charon; cui plurima mento
Canities inculta jacet: stant lumina flammae,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subvectat corpora cymba,
Jam senior; sed cruda Deo viridisque senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptaeque puellae,
Impositique rogis juvenes ante ora parentum.
Quam multa in silvis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, et terris immittit apricis.
Stabant orantes primi transmittere cursum;
Tendebantque manus ripae ulterioris amore:
Navita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:
Ast alios longe summotos arcet arena.

Dantes

Ed ecco verso noi venir per nave
Un vecchio bianco per antico pelo
Gridando: guai a voi anime prave!

. . . .

Caron dimonio con gli occhi di bragia
Loro accennando tutte le raccoglie,
Batte col remo qualunque si adagia.
Come d' autunno si levan le foglie
L' una appresso dell' altra infin che il ramo
Rende alla terra tutte le sue spoglie,
Similemente il mal seme di Adamo:
Gittansi di quel lido ad una ad una
Per cenni, come augel per suo richiamo.

. . . . . Tumida ex ira tum corda residunt,
Nec plura his. . . . .

Dantes

Allor fur quete le lanose gote
Al nocchier della livida palude,
Che intorno agli occhi avea di fiamme rote.

Nihil est in Virgilio, quod demas, nihil in Dante quod desideres; ambo omnia praestant. Ille epica sublimitate superat, hic quadam vi et evidentia. Quare non facile iis assenserim, qui hac de causa primas Italo poetae omnino concedere videntur: major enim ad evidentiam facilitas est, ubi de majestate styli discedere possumus. Ego splendorem Virgilio, vim Aligherio tribuo: quam vim semper Epos jure proprio assequi nequit. Verum hoc loco memoratum tyronibus praesertim velim, illud Fabii (lib. 10. cap. 1.). Modesto et circumspecto judicio de summis viris pronunciandum esse, ne (quod plerisque accidit) damnent quae non intelligunt.

Sed ne videar ignorare Italos illos, qui latino carmine cum Virgilio in contentionem aemulationis venire sunt ausi, Fracastorium, Vidam, Sannazarium, Bembum, aliosque, lubet hic ex libro tertio De Partu Virginis referre, quae Sannazarius cecinit de laudibus Christi, imitatus Virgilii locum, ubi Arcades laudes Herculis canunt.

Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis.
Hic juvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt: ut prima novercae

Monstra manu, geminosque premens eliserit angues,
Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamque Oechaliamque: ut duros mille labores
Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquae
Pertulerit. Tu nubigenas, invicte, bimembres
Hylaeumque Pholumque manu, tu Cressia mactas
Prodigia, et vastum Nemea sub rupe leonem.
Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento:
Nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus
Arduus, arma tenens, non te rationis egentem
Lerneus turba capitum circumstetit anguis.
Salve, vera Jovis proles, decus addite Divis:
Et nos, et tua dexter adi pede sacra secundo.

Sannazarius

Hic subito magnum visi per inane volatus
Coelestum, cursusque alacres, alacresque recursus
. . . .
Ibant et dulci mulcebant aethera cantu.
Innumeras alii laudes, et magna Parentis
Facta canunt: ut prima novi fundaverit orbis
Moenia, telluremque vagis discluserit undis.
Ut passim varios coelo suspenderit ignes,
Lunamque, stellasque: ut magni lumina solis,
Jam late extremo tenebris Oriente fugatis,
Protulerit. Tu belligeras, metuende, cohortes
Dejicis, exturbasque polo; tu fulmine quassas
Cum duce signa suo, nigroque involvis Averno,
Cocytumque jubes, tristesque habitare lacunas.
Te gemini cecinere axes, te maxima tellus,
Victorem cecinit vastis cum fluctibus aequor.
Nec te hominum fraudes, non avertere nefanda
Crimina: sed laeto spectas mortalia vultu:
Dignatasque tuo solaris numine terras.
Salve, magne opifex coeli, Rex maxime divum,
Terrarumque, hominumque salus: quem sidera, quem sol,

Quem metuunt reges tenebrarum, et Tartarus ingens:
Cui late humanum servit genus: omnia solus
Qui regis: omnia amas pariter: tibi nomina mille,
Mille potestatum, regnorum insignia mille.
Salve, auctor: salve, immensi dominator olympi:
Et nobis felix, terrisque labantibus adsis.

CAPUT XXIV.

DE EXERCITATIONE APTE SCRIBENDI

Nonne lectio optimorum, et imitatio sufficiunt ad efformandum stylum?

R. Minime. Nam lectio et imitatio vim, colorem et artem tribuunt, sed si exercitatio recte scribendi desit, facilitatem et naturalem quamdam indolem stylus non assequetur. Quamquam enim et ipsa imitatio quaedam exercitatio sit, non tamen *satis est.* Multa et varia sunt nobis scribenda, ut stylus exercitatione vigescat.

Quid nobis exercitationis gratia scribendum erit?

R. In prorsa oratione qualibet stylum exercere possumus, sive narrationes historicae, sive fabulae ad delectandos recreandosque animos, sive etiam quaestiones, quas *theses* vocant, nobis melius placeant. Sunt qui ludere carminibus gaudent: quod summopere laudem. « *Namque a Poetis,* ut Fabii verbis utar, *et in rebus spiritus, et in verbis sublimitas, et in affectibus motus omnis, et in personis decor petitur . . . . ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit.* » Proponant ergo adolescentes sibi aliquod argumentum, excutiant, meditentur, posteaque describant sive soluta sive ligata oratione: neque

recondita rerum exquirant, sed simplicissima, communiaque: plurimum enim facultatis paratur ex simplicissima quaque materia. Quod Horatius de se affirmat:

Ex noto fictum carmen sequor, ut sibi quivis
Speret idem, sudet multum; frustraque laboret
Ausus idem: tantum series juncturaque pollet,
Tantum de medio sumptis accedit honoris.

Novitas enim et gratia saepe erumpunt ex rebus comunibus si eas opportuna serie et junctura lectori descriptas exhibeamus, et nova quasi veste indutas in publicum proferamus. Haec sunt optima exercitationis genera, quibus fit ut stylus ipse sit optimus dicendi scribendique effector et magister. Sed qua ratione scribamus nunc dicendum; nil certe profuerit multa scripsisse, nisi prius provisa et expensa, diligenti labore expressa, multaque cura emendata: nam tria haec in exercitatione maximi sunt ponderis, primo cogitare, postea scribere, postremo emendare. Quid enim recte scribes nisi antea cogitaveris? vel quid perpolitum erit et urbanum in scriptis, nisi emendaveris?

Quid sibi vult cogitatio ad exercitationem?

R. Hoc sibi vult ut quae scribere aggredimur antea animo menteque diu versemus. Quidquid enim nobis vel dicendum, vel scribendum est, prius in cogitatione esse oportet. Mens etenim res versat, disponit, totamque ita contexit orationem, ut nihil ei praeter scribentis manum desit. Quare Horatius dixit;

Verbaque provisam rem, non invita sequentur.

Res ipsae enim verba rapiunt, cum nos quae animo prius complectimur fideliter scribimus,

Quomodo scribendum erit ad exercitationem?

R. Scribendum erit quam diligentissime, ait Fabius, et quam plurimum. Nam ut terra altius effossa, generandis alendisque seminibus foecundior est: sic profectus non a summo petitus, studiorum fructus effundit uberius, et fidelius continet « Et alio loco » moram et sollicitudinem initiis impero: nam primum hoc constituendum, hoc obtinendum est, ut quam optime scribamus. Celeritatem dabit consuetudo. Paulatim res facilius se ostendent, verba respondebunt, compositio sequetur, cuncta denique, ut in familia bene instituta, in officio erunt. Summa haec est rei: cito scribendo non fit ut bene scribatur: bene scribendo fit ut cito. »

Quid expostulat emendatio?

R. Emendatio est pars studiorum longe utilissima: neque enim sine causa creditum est, stylum non minus agere cum delet, quod Horatius docuit = *Saepe stylum vertas, iterum quae digna legi sint scripturus* = Styli enim pars altera acutior ad scribendum, altera ad delendum obtusior. Emendationis autem est, adjicere, detrahere, mutare. Quod Horatius ipse optime affirmavit in Epistola ad Pisones:

. . . . *vos, o*
Pompilius sanguis, carmen reprehendite quod non
Multa dies et multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem
. . . .

et infra:

Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transverso calamo signum; ambitiosa recidet

Ornamenta: parum claris dare lucem coget,
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit.

. . . .

Opus sane pueris molestum, et hac de causa Poeta dixit = *in emendando laborem esse* = Limae labor, et mora velim pueros non terreat, qui enim lima non utitur, rudia omnia parit. Optimus etiam emendandi modus est scripta in aliquod tempus reponere, ut ad ea post haud breve intervallum redeamus judicaturi tamquam aliena. Quod etiam Poeta docuit cum dixit:

Si quid scripseris . . . . . nonum prematur in annum
Membranis intus positis.

Nonum dixisse annum poetice existimo, pro longo temporis spatio: nam temporis quoque modus esse debet.

EXPLICITUS EST DE ELOCUTIONE LIBER

VISTO PFANZELTER GENERALE
Anconae die 11 Novem. 1851
IMPRIMATUR FR. THOM. V. AIRALDI O. P. INQ.
VIDIT PRO EXC. AC R. D. DEL. APOST ALOISIUS CAN. AMBROSI
IMPRIMATUR CAN. SEBAST. PETRELLI CENSOR EP